Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
14
NAPOLI

XXI
C
14

AVREVM
REPERTORIVM
ALPHABETICVM.
De Præſumptionibus.

DOM. HIPPOLYTO
BONACOSSA I. C. FERRAR.
COLLECTORE.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

Venetijs, Ex Officina Damiani Zenari.

M D L X X X.

PRAESTANTISSIMO VIRO, PATRICIO VENETO, ALOYSIO MICHAELI ADVOCATORI COMMVNIS VENETIARVM.

QVI ſuas omnes curas ad communem utilitatem conferunt, qui nil agunt, quod uirtutis ſpeciem non pręſeferat, qui denique ij ſunt, quales omnes uideri volunt; ij ſummam felicitatem, ALOYSI MICHAEL, uere adepti mihi uideri ſolent. cum enim homo ita uere hominis nomen mereatur, ſi humanitatem, qua nos a brutis ſeiun-

gimur, colat, & in omni actione uere ſe benignum & facilem præbeat; quid iis facias, qui, ea exſuti, feritatem quandam, Naturæ humanæ aduerſariam, induunt, eaq. glorioſi incedunt? Sæpiſsime cum animo meo reputo, quænam iſti ſibi euangelia deberi putent. Credunt ne inter homines aliquid eſſe, excellere? certe credunt. ſed, quod, humanitate excellere difficillimum exiſtimant, qua ipſi præditi ſunt Naturæ, ut ita dicam, iniquitate; ſi excellant in eo, quod omnes præcipue uitare debent, modo excellant ipſi, magnum quid ſe eſſe conſecutos opinantur. hoc in priuata uita malum eſt. ſed longe maius malum eſſe in publica, nemo non uidet. Quo fit, ut tanta incommoda homines experiantur; qui ab iis, quorum ope ſub leuari deberent, interdum deprimuntur. Valeant hi, & a nobis procul abſint; qui homines eſſe nolumus; neque eum nos diem uiuere iudicamus, quo non aliquid cum uirtute coniunctum præſtamus. imitati in hoc Diuinam beneficentiam, cuius imagines ſumus, quæ ſemper cadentes erigit, & egentibus opem fert. Ego quidem, priuatus homo, ſemper illud ſpectaui, ut omnibus prodeſſem. quod, quantum potui, elaboraui, ut præſtarem. an aſſecutus ſim, alij uiderint. certè uolui. Tu, publicus,

quid

quid & in publica, & in priuata uita laude dignum umquam omiſiſti? quid ue præſtaſti, in quo non ſummum decus appareret? Hoc efficit uirtus, hoc ad ſtudia ſemper directa uita, in quibus te excellere, uniuerſa ciuitas iure prædicat. Tu ab adoleſcentia egenos, & in carcere conſtitutos, eloquentia tua, quam ſingularem eſſe conſtat, a maleuolorum calumnijs acerrime uindicaſti. Quo factum eſt, ut Veneta nobilitas cum tibi Magiſtratum perlibenter, ſponteq. ante plures annos detulerit, in quo maior exſtare poſſet tuæ iuſtitiæ, prudentiæq. fama: Aduocator enim Communis ſumma omnium uoluptate declaratus, in eo tu Magiſtratu oſtendiſti, quales iudices eſſe debeant: humaniſsimi ſcilicet, & in audiendis cauſsis faciles; non ad iram procliues. Hinc homines Te admirantur, iſtamq. naturæ facilitatem, ſingulari iuſtitiæ adiunctam, decantant, totoq. ore prædicant. Et ſane fructus colligis, qui tibi debentur. nam eundem Magiſtratum ter es adeptus: maiore ſemper in animis hominum Tui deſiderio relicto. Modo, cum tertium geris, Deus bone, quænam tua eſt gloria? quæ ue laudes non tibi deferuntur, ab ijs uiris, qui ipſi cum laude uiuunt? quæ uera laus eſt. nam,

quem-

quemlibet ſuos laudatores habere, optime noui. quorum pleroſque adulatores eſſe, (quæ peſſima inter homines peſtis) omnes iudicio præditi fatentur. Tu uero nihil ijs loci relinquis. nam tota tua uita honeſtum ſpectat, honeſtum tuetur, idq. ante oculos ſemper habet. quo duce, omnia tibi proſpere cadunt, ſemperq. cadent. Tu omnium amorem tibi conciliaſti. Vt omnes, quæ poſſunt, ad tuam dignitatem libentiſsime conferant. ſoluere enim uidentur partem eius, quod debent. Ego certe, tenuitatem meam cum conſidero, mihi ipſe diſpliceo, eam unam ob cauſſam, quod non is ſim, qui poſsim, quod in animo uoluo, foras expromere. Ad alienas igitur arcas confugio. Et, aliquid de alienis diuitiis decerpens, uolo exſtare Tibi a me inſcriptum, teſtimonium obſeruantiæ meæ, uolumen hoc præclariſsimi Iuriſconſulti, Hippolyti Bonacoſſæ, Ferrarienſis: cuius doctrinam omnes magnifaciunt, iudicium prędicant; quiq. labores hoſce ſuos cum uiderit tuo nomine inſignitos, aliquid ex eo, atque adeo multum ad ſe additum eſſe fatebitur. Ego certe hoc aſſequar, ut, ingratum non eſſe me, neque eum, qui tua eximia

animi

animi bona non norit, homines ſentiant.
Deus Opt. Max. Te nobis diu ſeruet incolumem.
Venetijs, Idibus Iunij M D LXXX.

Tibi addictus,

Damianus Zenarus.

REPERTORIVM IVRIS PRAESVMPTIONVM ALPHABETICVM,

DOM. HIPPOLYTI BONACOSSAE, IVR. VTR. D. FERRAR.

Pars Prima.

A

ADVOCARE præſumens patrocinium potẽtioris perdit cauſam. Anchar. in cap.ex parte.de aliena. mutan. cauſa fac. num.3.

Aduocati copiam ſubtrahens aduerſæ parti prȩſumitur fouere iniquam litem. Turrecremata in c.ſiquis. num.1. 3.q.7.

Accuſans proximum ſuum de occultis criminibus, quæ probari non poſſunt, & quæ ſolius Dei iudicio relinquenda ſunt, potius ex inuidia, quàm ex charitatis zelo prȩſumitur accuſare. Turrecremata in cap. ſi omnia.7.q.1.fol.135.

Agere quis velle præſumitur, qđ iura & ſtatuta uolunt. Barbat. conſi.29.& conſil.44. in 1.volu. & conſi.4.in 2.vol.

Amicorum præſentia facit ceſſare præſumptionẽ metus. Curt. in l. tranſactionem. nume. 5. C.de tranſact.

Actus in dubio præſumitur potius factus ex cauſa neceſſaria, quàm volũtaria, Crottus in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 24. ff. de uerbo. oblig.

Appellatio an tollat præſumptionem ſententiæ? Neritius in rubr. extra de appellat. in clementi.

Ad inducendum adulterium præſumptum, an ſufficiat probare deoſculationem? Parpalea in l. 2. nu. 24. ff. ſol. mat.

Allodialis res quælibet eſſe præſumitur. Paſethus in conſi. 50. nu. 12. & ut tollatur hæc præſumptio, quid opus ſit D. Simon de Pratis conſil. 108. numero 79. D. Menochius conſil. 1. nu. 10. in primo.

Actum nullum facere quis non præſumitur. Mazollus in conſi. 89. nu. 13.

Præſumptio eſt faciẽda, per quã actus in meliorem partem ualeat, & cenſetur factus. Cephal. conſi. 405. nu. 11.

Præſumere aliquid ex antiquitate temporis, eſt exorbitans, & contra iuris regulas. Cephal. conſi. 441. nu. 97.

Præſumitur id actum, quod fuit ſcriptum. Cephal. conſil. 436. numero 25.

Præſumitur contra illum, qui iniquè, & iniuſtè appellauit, nec peritorum iudicio acquieſcere uult. Cephal. conſilio 384, numero 61.

Præſumitur pro actu, qui in ſolita forma reperitur. Cephal. cõſi. 390. nu. 3. Beccius cõſi. 3. n. 6.

Præſumitur pro ualiditate actus. & cæteris præfertur iſta præſumptio. Deci. conſi. 52. nu. 16. & conſil. 99. nu. 16. & conſil. 52. nu. 119. Fallit, quando deficit conſenſus, uel eſt in præiudicium tertij. Idem in conſi. 52. nume. 122.

Præſumptio ceſſat, ubi conſtat de ueritate actus. Beccius conſil. 51. num. 28.

Præſumptio eſt contra auctorem rixæ. Mazollus conſil. 68. nu. 3.

Præſumptio eſt, quòd omnis faciat actum, prout eſt iuris. Mazollus conſi. 86. nu. 19.

Præſumptio eſt contra aggreſſorem. Mazollus conſi. 51. nu. 36.

Præſumptio, ꝙ armatus aſtans cẽſeatur cogitare de rixa, ceſſat ubi arma ſint ſolita portari ꝑ ipſum. Mazollus conſi. 64. numero 29.

Præſumitur pro actu, qui in ſolita forma reperitur. Mazollus conſi. 12. nu. 3.

Actum in dubio quis facere præſumitur eo modo, quo licitè perficere potuit, non quo illicitè. Crotus in conſilio 329. numero 8.

Præſumitur, ꝙ armigeri tractaſſent malè unum locum ex eo, ꝙ ſoliti ſunt ſic in alijs facere. Brunus conſilio feudali 185. col. 1. uerſiculo tertio, & conſilio

ſil. 190. col. 3.cir.fi.cũ ſeq.uer. Tertiò pro ipſo.

Præſumptio eſt contra eum, qui differt agere. Inſignis I. C. Dominus Gaſpar Caballinus Milleloquio 312.

Præſumere capitur in malã partem. Deci. in c.ſanè. nu. 15. de priuilegiis.

Præſumitur nemo uelle delinquere ex actu, quem facit, niſi debitũ eſſet ſibi fauorabile. Marſil. in tracta. de Bannitis, numero 40.

Præſumptione ubi procceditur, eſt inſtantia minorandi pœnam. Ioan. Lopez. de dona. inter uirum & uxorem. §. 11. fol. 234. in nouis.

Præſumptio pro prioritate natiuitatis, uel mortis pro quo ſtet, ſi duo uel plures ſimul naſcantur, uel moriantur. Io. Lopez. de dona. inter uirum, & uxorem §. 40. n. 9. cum ſeq. fol. 486. in nouis.

Præſumptio cadit ſuper dubio, fictio ſuper certo. Mantua cõſil. 11. nu. 73. in primo.

Præſumptio præualet. Mantua cõſi. 27. nu. 23. in primo uol.

Præſumptio debiti debet in dubio ſemper excludi. Mantua conſi. 56. nu. 12. in primo uol.

Præſumptio eſt, quòd quis artificio uiuat commodè. Mantua conſi. 77. nu. 20. in primo uol.

Præſumptio l. meritò, ff. pro ſocio, ceſſat, quando contrariũ probatur. Mantua conſi. 158. nu. 10. in primo uol.

Præſumptio excluſiua falſitatis in dubio eſt capienda. Mantua in conſi. 109. & 174. num. 10. in primo uol.

Præſumptio magis potens tollit præſumptionem minus potentem. Mantua in conſi. 185. nume. 34. in primo vol.

Præſumptio appellatur probatio probans. Mantua in conſi. 213. nu. 28. in primo.

Præſumptio excluſiua debiti in dubio eſt capienda. Mantua in conſi. 269. nu. 7. Declara, ut ibi. nu. 13. in primo.

Præſumptio non facit inditium ad torturam. Mantua in conſi. 151. nu. 13. in primo.

Præſumptio & probatiõ fortior præualet. Mantua conſi. 319. nu. 2. in primo.

Præſumptiones, etiam ſi cum admonitione ſpernantur non inducunt probationem delicti, Mantua conſil. 30. numero 5 in primo.

Præſumptiones euidentes ſunt liquidiſsimæ probationes. Mantua conſil. 327. nu. 27. in primo

Præſumptionibus nõ eſt quis cõdemnandus. Mantua conſi. 30. num. 3. Fallit in præſumptionibus legis. ibi. numero 4. in primo uol.

Præſumendum eſt eum, qui conditionem apponit, uelle, ut impleatur. Mantua in conſil. 58.

numero primo, in primo uolu.

Præſumptio ex præſenti reſultat in prçteritum.Bertran in conſi.23 n.2.in 2.uol.

Præſumptio oritur ex actu antiquo.Bertran.in conſi.41.nu.7. in primo.

Præſumptio publici tabellionatus onus probãdi reiicit in negantem.Bertrand.in conſi.41. nu 9.in 1.parte.

Præſumptio ſemiplenç probationi contraria illius uim eneruat, & impedit iuramentum ſuppletiuum deferri.Bertran. in conſi.282.n.4.parte 2.

Præſumptio eſt contra proponẽtem.ſ.iuris. Bertran.in conſ.6. nu.9.par.2.

Præſumptio non fit pro muliere iuri ſuo renunciante, niſi per aliquam fraudem. Bertran. in cõſi.141.n.7.par.2.

Præſumptio fortior debiliorem tollit.& quid ſi ſint pares. Bertrã.in conſi.239.n.3.& 7.par.3.

Prçſumptio fit contra potentes Bertand.in conſil. 283. nu.17. par.3.

Præſumptio reſultans ex annuis prçſtationibus, an ſit prçſumptio iuris, & de iure,ut aduerſus eum nõ poſsit admitti probatio in contrarium.Bertr.in cõſ.261.nu.6.in 1.par.

Animus prçſumitur proteſtantis durare, donec fiat actus naturalis, uel præciſè contrarius ꝓteſtationi. Bal. in c. Cuma. n.8.ꝗ elect.& elect. poteſtate.

Præſumitur potius pro appellatione,quam pro ſentẽtia. Bal. in c.cum tu fili.nu.1. de teſtib.

Preſumi an debeat, ſententiam eſſe latam ante appellationẽ, & an prçſumatur appellatẽ infra decẽ dies, et quòd non prçſumatẽ appellatio deſerta, ſi tẽpora pati poſſunt.Bal. in c.cũ in iure.nu.6.de off.deleg.

Prçſumptio, quæ oritur pro ſententia, ſuſpenditur per appellationem.Ripa in l.res iudicata.n.9.de re iudica.

Præſumptionem eſſe pro arbitro Do.Menochius.de arbitr. iudicum. caſu 112.nu.5.

Prçſumũtur omnes ſolennitates alienationis adhibitç, & titulus nouus,quãuis is, qui ex inſtrumento apparet,ſit nullus, ꝑpter tempus immemorabile.D.Hieronym.Gabriell.conſi.88.nume.18.

Antecedenti prohibito,prçſumitur prohibitum omne, per qđ ad illud peruenitur.Ant. Gabriel.lib.j.Cõium conc u. titulo de prçſumptionibus. conclu.7.

Prçſumptio efficax admittitur contra aſſertionem illius, cui alias creditur D.Menochius. de arbi.iudic.caſ.76.nu.19.

Prçſumptionem, & preſumptiuã probationẽ in antiquis ſufficere,etiam cõtra iuſtum & titulatũ poſſeſſorẽ D. Menochius de

de arb.iud.caſu.11.nu. 4.
Prȩſumitur contra differentem agere, donec probationes rei depereant. Gallus in conſuetu. feuda.§.40.nu.26. fol.310.
Prȩſumptio illa eſt cȩteris potentior, quȩ facit ualere actum. D.Menochius de arbit.iud.caſu.477.nu.2. Et quantȩ ſit uirtutis ibi.nu.3.Rimi.Iun.conſi. 71.nu. 22.& conſi.58.nu.38.
Amicus prȩſumitur, qui ſalutat cōtra uerò inimicus,qui nō ſalutat.Mantua conſ.173.nu.6.
Semper prȩſumitur pro actu, q habet debitam formam.Mantua in conſ.42.n.1.in 2.uol.
Prȩſumi debet, quòd actus ualeat,non pereat.Rimi.Iun.cōſi.42.num.72.& hæc eſt fortior præſumptio cæteris, ibi numero 73.
Actus quando metu factus prȩſumatur.Rimi.Iun.conſi.13.nume.64.
Actus prȩſumitur factus debito tempore,ut ualeat.Rimi.Iun. cōſi.71.nu.21.
Actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.Rimi.Iun.in conſil.23.nu. 150.& conſ.9. num. 19.& ut ualeat,non ut pereat.
Aditio præſumitur ex habitatione domus paternæ.Rimi. Iun. in conſi.107.nu.18.
Alienatio prȩſumitur ſimulata, quando quis remanſit in poſſeſsione.Rimi.conſilio 73. nume.28.
Amicitia præſumitur in dubio. Rimi.Iun.conſi.88.num.35.
Animus præſumitur qualis ex armis & loco percuſsionis.Rimi. Iunior conſi.88.num.42.
Animus præſumi ur, qualis eſſe debet.Rimi. conſilio 5.numero 204.
Animus offendēdi requiritur, ut pax dicatur recepta.Rimi.cōſil.101.nu.5. prȩſumitur tamē in prohibitis.ibi. numero 20. & 21.
Amicitia in dubio præſumitur, niſi probetur inimicitia. Burſa.conſi.20.nu.41.
Prȩſumitur,quòd actus licitè fiat Burſa.conſi.34. nu.37.
Præſumitur in dubio actum, qđ ſcriptum reperitur.Burſa.cōſil.33.nu.11.
Præſumuntur omnia ſolenniter acta, & ueniſſe lata ſententia in præſentem. Burſa.conſi. 24.num.16.
Prȩſumptio ualiditatis actus cȩteris prȩponderat. Burſa.cōſi. 74.num.131.
Artifex prȩſumitur in dubio cōtraxiſſe cauſa artis.Barto.in l. fi.§.fin ff.ad Maced.Brunus in eius Repertorio, in uer.filius. col.4.uerſi.Statutum quòd filiusfamilias.
Aditio hæreditatis onerosa non præſumitur, quando ex alia uia,ſeu iure puta uigore alicuius teſtamenti, ſeu fideicommiſsi quis bona apprehendere poſ-

poſsit. Burſa.conſilio 83. nume.17.

Allodialia bona omnia in dubio præſumuntur ex cõmuni. Burſa.conſi.45.num.23.& conſi.8. num.17.

Amicus non præſumitur doloſè contra amicum verſari, nec deliquiſſe cõtra amicum. Burſa. conſil.15.nu.23.

Amor patris, ardor licitus tollit omnem uoluntatis contrariæ præſumptionem.Burſa.conſil. 15.nu.23.

Animus vxoris præſumitur mutatus, quãdo mortuo marito poſſidet bona illius pro dote eo defuncto, nec dicitur iure familiaritatis poſsidere. Burſa. conſi.9.nu. 8.

Attramẽti eiuſdem præſumptio uera eſt, ſi fiat additio.Gargia. patroci.24.nu.2.

Animus talis præſumitur, qualia uerba.Gargia.patroci.13.nume.18.

Alienatio alicuius, quæ fit ad reparationem, ſeu defenſionem alicuius caſus, uel facti, ſimulata non præſumitur, niſi probetur cauſa ad cuius reparationem fuerit facta, nec ſufficit, ꝙ alienans in poſſeſsiõe poſt rei contractum remanſerit. Bero.conſi.170.num. 5.etiam ſi uiconiunctum facta eſſet ibi.nume.16.

Alienatio ad hoc, ut præſumatur ſimulatè & fraudulenter facta ad reparationem, ſeu defenſionem alicuius caſus, requiritur quòd caſus ille perſonam alienantis, & non alterius concernat.Bero.conſi.170.nu.7.in primo uol.

Alienatio, ut ob imminens æs alienum ſimulatè & fraudulenter facta præſumatur ex eo, ꝙ alienans in poſſeſsione remanſerit, quid requiratur.Bero. cõſi.170.nu.8.in primo.

Alienatio præſumitur ficta & ſimulata, aliis concurrentibus præſumptionibus, ubicunque & poſt alienationem infra modicum tempus ab ea receditur Bero.d.conſi.170.nu.10.in primo uolum.

Amicitia excuſat, & tollit præſumptionem doli, etiam in his quæ ſunt de genere prohibitorum & malorum.Bero. in cõſi. 165.nu.12.in 3.uol.

Animus malus præſumitur prima fronte in male factis, & dolus, & malum & damnum illatum ſemper præſumitur factũ malo aĩo, niſi probet̃ cõtrariũ uel alia præualeat præſumptio & ſic cõtraria præſumptio tollit fraudis præſumptionem, ſi eſt uehementior. In Reperto. Inquiſitorum, in uer. Præſumptio.col.2.

Si ſtatutum punit abuſionem, ita punitur fœmina ſicut maſculus. Idem, ſi punit uerum delictum. Sed ſi punit præſumptionem

nem debiti, mitius agitur cum fœmina. Brunus in tracta. de conſtitutionibus, decretis, ſtatutis &c. in uer. Abuſio.

Acquirere prohibitus per ſtatutum, non poteſt acquirere ſub nomine uxoris, uel filiorum: quia præſumitur in fraudem acquirere. Brunus in tracta. de conſtitutio. decretis, ſtatutis, cõſuetu. &c. in uer. acquirere col. 2. uerſi. & ſtante ſtatuto.

Appellatio in dubio non præſumitur deſerta, quia utrique parti uidetur conſultum. Rebuffus de appellat. articulo 5. in gl una n. 27. in 3. Tomo.

B

BOnitatis præſumptio reſultat ex bona uita, & conuerſatione ſapientum. Ancha. in c. ex ſtudiis, num. 1. de præſumptio. uide Hoſtien. in tit. de præſumptio. in eius ſumma.

Bonum aliquid, præſumitur eo ipſo, quod factum eſt, uel præceptũ à bono & ſancto homine. Turrecremata in c. omnis qui 7. quæſtio. 1.

Bonitatis præſumptio & honeſtatis perſonæ nõ procedit in p̃iudicium tertii. Becci. conſilio 52. nu. 98. Gargiareus patrocinio 27. nu. 25.

Bonæ uocis & famæ præſumptio præfertur ad excluſionem delicti. Becci. conſi. 52. nu. 8. & 25. Nam præſumptio delicti tollitur ex præſumptione bonę famę, & ex præſumptione bonę uitæ minuuntur indicia contra malefactorem. Becci. conſi. 78. nu. 25.

Bonæ uitę quis præſumitur naturaliter, & laudabilis, ac honeſtę conuerſationis. Vitalinus in clementi. unica, de conceſſ. preben. nu. 2.

Pręſumptio eſt, uirum bonũ furtum nõ commiſiſſe D. Menocchi. de arb. iud. Caſu 472. n. 23.

Bona pręſumuntur libera. Mantua conſi. 1. nu. 10. & conſil. 48. nu. 4. & qui dicit contrarium, illud probare debet. ibidem in ſecundo uol.

Bona fides præſumitur, quando præcedit titulus uerus, uel putatiuus. Mantua conſi. 86. nu. 8. & conſil. 101. nu. 9. & conſil. 2. nu. 19. in 1. vol.

Bona fides non patitur, ut bis idẽ exigatur. Mantua conſi. 71. in primo.

Bona fides præſumitur ex poſſeſſione longiſsimi temporis. Mãtua in conſi. 130. nu. 18. in primo uol.

Bona fides pręſumitur ex titulo putatiuo. Mantua conſi. 297. nu. 4. in primo.

Breuitas temporis inducit fraudis præſumptionem. Mantua in conſi. 309. nume. 1. in primo uolumine.

Bellum non præſumi ab aliquo uolun-

uoluntariè prouocando illatum. D. Menocchius conſi. 1. nu.248.in primo.
Bellum in dubio pręſumi iniuſtū ibi.nu.146.
Beneficium non præſumitur collatum ob benemerita D. Menocchius in conſi.1.nu.52.
Bona fides p̄ſumitur,ſi quis poſſederit per longum tempus, de cuius initio non extet hominum memoria D. Menocchius conſi.90.nu.75. in primo vol.
Bonus uir quilibet pręſumitur, & quòd omni diligentia ſuum officium exerceat, alioq; mortaliter peccare diceretur. Do. Menocchius in conſi.73.nu.21.
Bonafides pręſumitur.Rimi.Iun. conſi.23.nu.194.
Bona præſumuntur allodialia.Rimi.conſi.90.num.20.& conſ.6. num.88.
Bona in territorio Caſtri pręſumuntur ad ipſum ſpectare. Rimi.conſi.19.nu.3.
Bonus quilibet pręſumitur. Rimi.conſi.30.nu.26.
Bona fides pręſumitur in qualibet preſcriptione ex communi Burſa.conſi.87.nu.54.
Bannitus deſcriptus in libro bānitorum rectè & ritè bannitus præſumitur.Bero.in conſilio 182.nu.12.in 3.vol.
Bona fides in dubio pręſumitur, quando poſſesſio fuit diuturna.Bero.conſil.109.num.13.in primo vol.
Bona fides præſumitur in preſcriptione, ſeu conſuetudine temporis immemorabilis Bero.conſi.115.nu.27.
Bona fides præſumitur fuiſſe ex curſu longisſimi temporis, & pręſertim immemorabilis, & & maximè contra priuatos,& qui ius eccleſię non habent. Bero.conſi.115.nu.32.
Bonafides quando, & quòmodo facilius pręſumatur. Bero. in conſi.114.num.21.& conſi.144. nu.86.uol.1.& vol.3.
Bona fides ex titulo pręſumitur Bero.conſil.191.nu.4. & 30.& conſi.89. nu. 35. in primo uol.
Bona fide quis pręſumitur poſſidere, quando antiquior poſſeſſor non apparet.Bero.conſilio 114.nu.16.in primo
Bona fides in eo præſumitur, qui longo tempore fuit in poſſeſſione,etiam ſi contra ius poſſideret,conſi.115.nu.19.per Bero.in primo uol.
In Bonafide quis in dubio pręſumitur,& non in mala. Bero. in conſi.77.nu.3.nu.7.
Bonafides non pręſumitur, niſi probetur per eum, qui in ea ſe fundat.Bero.in conſ.114.nu.3. in primo vol.Et quando pręſumatur,ibi.nu.12.& 30.
Bona in dubio pręſumuntur allodialia, non feudalia,& dicens ea feudalia, debet probare, ſi eſt in poſſesſione. Bero. conſi. 65.n.157.in 1.uol.& 115. n. 30.

Bona fides nõ præſumitur in eo, qui contra iura mercatur. capi qui contra. de reg iur. in 6. Ferretus conſi. 382. nume. 9. in 2. uol.

Copula carnalis præſumitur ſolitudine, nuditate, loco, & ſexuũ diuerſitate. Ioan. And. in c. literis, colum. 4. circa prin. uerſic. in glo. 2. de præſumptio.

Calumnioſè ſi præſumatur cõtra aliquem, quòd quæſtionẽ moueat, præfigatur ei tempus peremptorium ad agẽdum, poſt quem non auditur. Ioan. And. in c. lator. colum. 2. circa princip. uerſicu. non potuit. qui filii ſint legitimi.

Clandeſtinè quid agens habet pſumptionem contra. Ancha. in c. cum ex iniuncto. nume. 3. de hæreti.

Copula carnalis quandoque præſumitur ex ſolitudine maris & fœminæ. Butri. c. 3. nume. 4. de præſump.

Conſanguinitas & affinitas habet præſumptionem, quòd aliàs non præſumeretur. Butri. in c. tuam. nume. 4. de ætate & qualitate.

Cõſenſus ſepæ præſumitur ex colloquio. Turrecremata in cap. didici, nu. 1. j. q. vij.

Coniurationes in dubio ſemper habent præſumptionem contra. Turrecremata in c. ſi qui clericorum. xj q. j.

Contumax præſumitur culpabilis in eo, ſuper quo citatur Geminia. in c. contumacia. num. 1. de hæreticis. in 6.

Citatio, uel præſumptio regulariter non præſumitur, niſi probetur. & ideo præſens non præſumitur citatus, uel monitus. Areti. in c. De quo uult deo nu. 58 de iudiciis. ubi etiam dicit quòd ante ſententiam diffinitiuam regulariter pro actis iudicii non præſumitur.

Calumnia an præſumatur, quando tempore petitionis editionis index eſſet in calculo ferendæ ſententiæ. Purpura in l. is apud quem. nume. 56. C. de edendo.

Cõiecturæ quæ ſint, quibus præſumatur tacitè agi ab vtraque parte. Parpalea in l. cum quid nu. 18. ff. ſi cer. peta.

Correctio in dubio non præſumitur fieri incontinenti. Tamen ſæpe euenit, quòd fit. Butrigella. in l. ſi tibi nu 14 ff. ſi certum peta.

Calumniæ præſumptio, quæ inſurgit ex non probatione, eſt præſumptio iuris tantũ, non iuris & de iure. Socin. ſen in c. cũ dilectus num. 26. de calumniato. & ibi quid ſtatuendum per iudicem.

Præſumptio, ꝙ creditori ſit ſatisfactum, inducitur ex eo: quia creditor multo tempore ſtetit, qui mortuo debitore non petiit. D. Simõ de Prętis in cõſil.

fil.68 num.4.& conſilio 97.numero 6.

Preſumptionem ex conſanguinitate inductā preferri aliis preſumptionibus D.Simon cōſil. 83.nume.33.

Preſumptio culpe eſt contra illū, quando ex duobus rixantibus unus eſt magis uulneratus. D. Simon in conſilio 190 numero 4.

Preſumi ur magis pro cōſilio alicuius collegii, quàm pro conſiliis particularibus. D. Simō de Pretis conſi.157.num.20.

Preſumitur ſemper pro eo, quod excuſat a culpa. Cœphal.conſilio.424.nu.14.

Preſumptio ſumitur ab his, quæ communiter accidunt. becci. conſi.52.nu 77.

Preſumptio delicti oritur contra eum, ad quem commodum ex eo pertinebat. becci.conſil.70. nume.21.

Preſumptio eſt, quòd quis caſualiter fuerit preſens. Mazollus conſi.64.nu.31.

Preſumitur quis uelle ſe conformare diſpoſitioni, & nolle id, quod non poteſt. Mazollus cō. ſi.74.nu.55.

Cauſa licita preſumitur potius, quam illicita, & que delictum importet. Mazollus conſ.120. num 63.

Coniūctus preſumitur ſcire gradum coniūcti, iſta preſumptio per aliā tollitur, Crottus cōſ. 304.nu.21.

Contrectatam re eſſe cōtra domini uoluntatem ſemper preſumitur. Papias in for. libelli inquiſitionis, in gloſſ. preter &c. nu.1.fol.256.

Contractuum preſumptio uariatur ex qualitate perſonarum. fol.215 nu.6.per Afflictum ſuper conſtitut.regni.

Preſumptio eſt poſt concluſum in cauſa allegari poteſt. Afflic.ſuper conſtitu.regni.fol.153.nume.17.

Conſcius præſumitur ſemper, q ſemel eſt conſcieris. Bald.in c. qui omne. nu.5.de præſcrip.

Catholicus quis preſumitur ex fructu pœnitentie. Bal in capi. literas.num.6. de preſumptio.

Ex celeritate nimia preſumitur aliquid preordinatum & colluſum. Bald.in c.ad hec.num.14. de poſtula.prelat.& in rubr.de arbitris,nu.11.

Conuentuales preſumentur ſcire ea, que fiunt in conuentu. Bal. in cap.eam te.nume.5. de reſcript.

Actoris interrogatio an preſumi debeat, ſi probetur reſponſio rei.& an preſumatur teſtem iuraſſe ſolemniter, ſi dicatur iuratus &c. Bal.in c.cum in iure nume.3.de off.delega.

Atteſtationes publicatæ an debeant preſumi, ſi ſententiā ſit lata, non tamen inuenitur publicatio teſtium. Bal.in c.cum

in

in iure.nume.5.de off.delega.
Preſumptio eſt, quòd primus cre ditor, qui habet hypothecam ſpecialem in certis bonis & generalem in aliis, poſsit ſibi ſatisfacere in bonis ſpecialiter obligatis, donec aliter in contrarium probetur. Rolã. à Valle conſi. 36. num. 2. Et tantę potentię eſt huiuſmodi pręſumptio, ut impediat, ne creditor poſsit impetrare carcerationem debitoris ibi, num. 3.
Conſanguineus, uel uicinus præſumitur ſcire facta uicini, uel conſanguinei. Anto. Gabriell. lib. 1. communium concluſio. titulo de pręſumptionibus. cõclu. 6. amplia. & limita. ut ibi per eum.
Conſuetudo eſt facti, & non pręſumitur, niſi probetur. Mãtua conſi. 171. num. 12. & conſ. 197. num. 6. & conſi. 142. nume. 11. & ſi notoria ſit ſufficit, ſola allegatio. conſi. 231. nume. 9.
Contumacia, quę ſit uera, & quę pręſumpta. Mantua conſil. 84. nu. 13. in 2. uol.
Conie&ctura ſumitur ex eo, quod exprimitur à teſtatore. Mantua conſil. 115. num. 25. in primo uol.
Conie&cturæ & præſumptiones in caſibus, in quibus plena probatio haberi non poteſt, uim plenę probationis habent. Mãtua conſil. 14. num. 13. in primo.
Conie&ctura & præſumptio violẽta quæ D. Menochius conſilio 82. num. 78. in j. uol.
Conie&cturæ & præſumptiones ꝓbatę eſſe debẽt legitimę. D. Menochius in conſi. 82. num. 155. ut ſcilicet ex illis damnari poſſit accuſatus.
Cõie&cturæ & præſumptiones quomodo & quando in criminalibus, uel ciuilibus probent. Menochi. conſil. 31. nu. 25.
Conie&cturis recedimus a præſumptione inducta a legali diſpoſitione D. Menochius conſil. 95. nume. 32.
Conſanguineus pręſumitur ſcire nomen conſanguinei, ob ſanguinis coniun&ctionem D. Menochi. conſi. 97. nu. 30.
Præſumitur magis pro cõſilio alicuius collegii, quàm particularis. Rimi. Iun. conſil. 39. nu mero 56.
Ciuis præſumitur ſcire ſtatutum ciuitatis. Rimi. conſi. 41. nume ro 64.
Ciuis nouellus præſumitur ignorare ſtatuta. Rimin. conſil. 42. num. 71.
Ciuitatis deſertio præſumitur alibi conſtituto domicilio. Rimi. conſ. 23. nu. 151.
Clauſula, non obſtantibus, præſumitur Princeps uſus ſuprema poteſtate. Riminal. iunior conſil. 5. num. 17. in primo. & quomodo concipi debeat. ibi. nume. 236.
Clauſula inſolita inducit præſũptionem

ptionem latentis fraudis. Riminaldus nouiſſimus in conſi. 58 nu. 24.

Contractus in dubio non præſumitur uſurarius, ſed iuſtus. Rimin. in conſi. 63. num. 13. in primo uol.

Contrahens præſumitur habere notitiam eius, cum quo mercatur. Rimi. in conſi. 42. num. 66.

Creditor præſumitur ſciuiſſe debitorem ſibi delegatum fuiſſe inopem, ſibiq; imputatur, ſi cõditionem eius nõ perquiſiuit. Rimi. conſi. 42. nu. 66.

Culpa non præſumitur, quãdo poteſt eſſe ab actu ſeparata. Rimi. Iun. conſi. j. nu. 41.

Culpa non pſumitur in non perquirendo. ibi. nu. 42. & una cũ alia compenſatur. ibi. n. 42. & conſi. 48. nu. 52. & in ea ſe fundans probare debet. ibi. n. 53. & conſi. 52. n. 128. & ibi alia. & ad euitandum illã præſumitur quis feciſſe, quod alii feciſſent.

Cõtumax præſumitur damnatus magis ex probatiõibus quàm ex contumacia, ſi adſint probationes contra eum. Burſa. cõſ. 7. num. 4b.

Citatio præſumitur facta ad domum, ſi de ea aliter non appareat. Burſa. conſi. 74. nu. 99.

Cenſus in dubio nõ præſumitur, ſed emphyteuſis ex cõi. Burſa conſi. 56. nu. 8.

Cẽſus præſumitur magis quã emphyteuſis, ẽt, qꝫ quis 30 ann. ſol uiſſet eccleſię, uti de re emphyteutica, ſi de contractu non cõſtat. Burſa. in conſi. 26. n. 24.

Conductor præſumitur diligentiam & cuſtodiam pręſtitiſſe. Burſatus conſil. 53. numero 12. nu. 23.

Conſenſus præſumitur interueni re, quando quis aſſiſtit contractui, & nihil dicit. Burſa conſil. 32. nu. 3.

Contrahentes præſumuntur legitimæ ætatis. deciſiõne Peruſi. 56. num. 3.

Clericus ſi emit rem, an præſumatur de bonis eccleſiæ, uel ipſius emiſſe. deciſ. Peruſi. 33. num. 16.

Confeſſio dotis receptæ facta a marito cõſtante matrimonio inter uiuos, etiam cum renunciatione exceptionis nõ numeratę pecuniæ, præſumitur facta animo donandi, & non nocet marito, nec eius hæredibus. Bero. conſi. 108 nu. 11. & 13. & an iuramento & morte uiri confirmetur ibi. nu. 16. & 17. in 3. uolum.

Contractus ſimulatus, & fraudulentus ex quibus, & quot coniecturis præſumitur, quando nõ adeſt pactum de retrouendendo. Bero. conſil. 165. nu. 3. & 6. in primo uol.

Contractus fraudulentus & ſimulatus hodie, non tam ex coniecturis, & præſumptionib. iuris ſed ex aliis quoque ſimilib. co

gno-

gnoſcitur.Bero.d.conſi.165.n. 7.in primo uol.

Itē in cōtractu præſumptio fraudis & ſimulationis eſt,quando quis rem uendit,uel aliter alienat,& in poſſeſsione remanet, etiam ſi emptoris nomine ſe poſsidere cōſtituat.ibi.nu.10.

In contractu pſumptio fraudis & ſimulatiōis augetr potius, quā minuitur,qñ plures & uarii cōtractus initi fuerunt.ibi.n. 11.

Cōtractus pręſumitur ſuſpectus de uſura,quādo res uēdita dēt infra certum tēpus uēditori ꝓ eodē precio reſtitui,& quantitas redditūum rei eſt reſpectu pretii immoderata. Bero.cōſ. 165.in primo uolum.

Contractus.uſurarius ad minus ex tribus præſumptionibus legitimis pſumi poteſt, nec duę tantum ſufficiunt.Bero. in conſil.166.nume.3.in primo uol.

Et quę ſint pręſumptiones legitimę.ibi. nu.4.& conſi.169.nu.4. eo.uol.

Contractus uſurarius ex quot pręſumptionibus a canone nō expreſsis pręſumatur. iudicis eſt arbitrarium.Bero.in conſil. 166.nu.5.

Contractus quando præſumatur fœneratitius & ſimulatus ex pacto de retrouendendo cū modicitate pretii.Bero.conſi.169. nu.18.in primo uol.

Contractus in dubio ſemper eſt magis pręſumēdus uerus, licitus,& iuſtus,quā illicitus, Bero.in conſi.169.num.19. in primo uol.

Contractus omnis pręſumitur celebrari bona fide,& abſq; fraude præſertim uſurarum.Bero. conſil.169.nume.19.in primo uolum.

Contractus ſimulatus & uſurarius ex ſola modicitate precii, ultra pactum de retrouendendo, & quid requiratur ad hoc, ut ex illa contractus cenſeatur uſurarius. Bero. conſil. 169.nu.21.in 1.uolu.

Contractus non pręſumitur uſurarius,ſi adſit pactum d' retro uendendo poſt certum tēpus tantùm, infra tamen tempus unius menſis, & quid aliud requiratur.Bero.conſi.169.num. 22.in primo uol.

Cōtractus uſurarius & ſimulatus emptiōis pręſumeretur, ſi oia pacta continerent fauorem,& utilitatem emptoris, ſecus, ſi partim emptoris, & partim uēditoris. Bero.in conſi.165.nu. 1.niſi ex aliis geſtis, & conuentis alię præſumptiones legitimę ad pręſumendum contractum ſimulatum,& uſurarium colligerentur. Bero. conſilio 165. numero primo, in primo uolum.

Copula inducit matrimonium præſumptum, licet ſponſalibus ſub conditione contractis facta eſſet proteſtatio,

tio, quòd per ſubſequentem copulam non intelligatur cõtractum. Bero. in conſi. 35. n. 5. in primo uol.

Copula ſequens ſemper effectum matrimonii præſumpti operatur, quando ex parte unius tãtùm, & malitiosè cõſenſus defuit. Bero. conſi. 35. num. 28. Et quò ad quos effectus matrimonium præſumptum, inducat. idem conſi. 40. nu. 13.

Copula carnalis ſubſequuta præſumitur, & matrimonium præſumptum contractum cenſetur, quando ſponſa poſt ſponſalia contracta ad domum ſponſi traducta fuit. Bero. conſi. 40. nu. 23.

Credulitatis iuſta cauſa a dolo præſumpto excuſans inducitur per famam, & communem hominum opinionem. Bero. in conſ. 183. nu. 13. in 3. vol.

Cuſtodes rei debent probare furtum, aliàs ipſi fures præſumuntur, & torqueri poſſunt. Bero. in conſil. 214. nume. 8. in 3. uol.

Culpa illius an res periiſſe præſumitur, qui illam tamẽ probat intercidiſſe, ac periiſſe, an ecõtrario. Anto. Gomeſ. in tracta. de contractibus. cap. 3 nu. 11.

Conuerſatio facit, ut quis præſumatur manifeſtè talis, qualis is præſumitur cũ quo quis conuerſatur. in Reperto. Inquiſitorum, ver. Præſumptio col. 5. uer. Propter, vide blancum in repe. l. fi. ff. de quæſtionibus.

Contumax ſuſtinẽdo excommunicationem latam cum indice præſumitur in dubio pertinax niſi aliud appareat. Fallit ut ibi in Reperto. Inquiſitorum, in uerſiculo Præſumptio, col. 7.

Compenſatio ex quibus præſumatur. Do. Seb. Medices in tractatu ſuo de compenſationibus, parte 2. quæſtio. 29. nume. 1. pagi. 207.

Ciuis præſumitur habere notitiã ſtatutorum ſuæ Ciuitatis. Marſi. conſ. 39. nu. 7.

Conſenſus præſumitur ob antiquitatem temporis, licet aliàs non præſumatur. D. Aſca. Clement. de Patria poteſtate, effectu 4. nu. 31. & ſeq.

Cõmunio præſumitur inter fratres, niſi cõtrarium probetur. Io. Baptiſta Ferrotus in conſi. 120. nu. 6. in primo.

Copula non præſumitur meticuloſa ex capite reuerentiæ, uel ſuperioritatis mariti, uel fratrum ſuorum ſimpliciter, niſi concurrant minæ, uel uerbera. Ferretus conſ. 340. nu. 13. in ſecundo vol.

Conſuetudo inducta contra ius commune præſumitur irrationabilis, niſi qui allegat eam, ꝓbet rationabilem. Ferretus conſi. 345. num. 6. uerſi. quintò conſuetudo. in 2. uol.

Cõnſenſus Capituli regulariter non præſumitur. Ferretus, in conſ.

conſ.362.nu.2.in ſecundo uol. Fallit,ut ibi, & eſt cōis opinio.

Copula carnalis præſumptionibus probatur. Ferretus conſi. 189.nu.6.in 2.uol.

Calumnia præſumpta eſt,quæ ex aliquibus colligitur coniecturis,quæ tollit probatione. Rebuffus in tracta. de literis obliga.articu. 10.in glo.1. nu.5.

Commiſſio iudicis, quòd nō præceſſerit præſumitur.Dec.cōſil. 449.num.14. ut eſt communis opinio , de qua Apoſtilla. ad conſi.Romani.497. litera G.

Contractus & alius actus in dubio præſumitur ſponte factus. Petrus Rebuffus in tracta. de reſciſio.contrac.artic.j.in glo. 12.nume.31.

Contractus potius præſumitur cenſualis quàm emphyteuticarius. Rebuff. de conſti. redi. articulo 2.in gl.una.nu. 22. Tomo 2.pag.423.

Cedens actionem in potentiorē præſumitur fraude facere. Rebuffus in tract.de ceſsionibus actionum,in glo.j.nu.8.

Citatio facta per præconem, & relicta uxori,familiaribus,uel domeſticis præſumitur peruenisse in notitiam citati. Rebuffus in tracta.citatio.articulo 5 in glo.2.nu.2.Tomo 3.

Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti & quomodo hoc procedat.Burſa.conſi.143.nu. 32.& ſeq.in 2.uol.

D

Dolus præſumitur in delictis , uel malè geſtis actu, aut uerbo contra proximum. Butri. in cap.j. num.j. de præſumptio.

Dignus in eccleſia ſemper præſumitur, quòd quis ſit. Turrecrema. in cap. nullus. diſt. 60. num 3. & 4. niſi contra iura probetur.

Præſumptio eſt, quicquid lædit, dolosè, & malo animo factum ſit. Barba. in c. bonæ memoriæ.2.num.64.de poſtula. prælator.

Dicens aliquid prius præſumitur cogitaſſe. Sapia in l.qui ſe patris. nume.18. C.unde liberi.

Dicens debet probare , dato, quòd nulla præſumptio iuris ſit contra eum . Sapia in ſi l.ſi emancipati. nume.37.C. de colla.

In dolo præſumitur ille, qui ſciēter aliquid facit, quod facere non debet. Sapia in l. unica. C.de ſentent. quę pro eo, quod intereſt,num. 59.

Donatio non pręſumitur inter coniunctas perſonas, niſi tria concurrant , de quibus ibi. Crottus in l. frater a fratre. num. 26. ff. de condictio. indebita.

Donationis pręſumptio fit ex parte donantis non donatarij

rii.Galiaula.in rub.ff.de uerb. obl.nu.43.

Diſpoſitio l.ſi quis argentum. C. de donati.non habet locum in pacto tacito & præſumpto.D. m.Alc a.in l.1.nu.31.ff.de uerbo.obli.& ibi Butigella. d.nume.32.

Dolus in maleficijs ſemper præſumitur eſſe.Ioan. de Vill. in l. Diuus.nu.4.ff.de ſica.

Donatio in dubio præſumitur fa uore dotis. Bal. de Bartolinis in l.1.nume.222.ff.ſolu. mat.

Donare mulier non præſumitur cauſa remunerationis. Bal. de Bartolinis in d.l.1.num.287.ff. ſolu.matr.

Dolus præſumitur in genere pro hibitorum.Soci.Sen.in c.ex cō ſcientia. nume. 15. de crimine falſi.

Præſumptiones dotis uerè exclu dunt pręſumptionem donationis leuem D.Simon de Prætis in conſi.10.nu.26.

Præſumptiones fraudis & doli ex cluduntur ex facto publicè & palam D. Simon de Prætis in conſi.15.nu.50.

Præſumptiones pro reo requirūt fortiores & efficaciores in con trarium D. Simō de Prætis cō ſi.15.num.54.

Præſumptio excluſiua delicti eſt ſumenda D. Simon de Prætis. conſi.15.nume. 76.

Præſumptionem,quæ temerariæ, inualidæ ſunt, à iure repellun tur,& non debent mouere animum iudicantis. Do.Simon de Prætis conſi.15.num. 79.

Præſumptio ſola continuatæ poſſeſsionis ſufficit ad probandā ſimulationem,ſubſiſtente aliquali ſuſpicione D. Simon de Prætis in conſi.30.nu.43.

Præſumptio cedit ueritati D. Simon de Prætis conſi.67.nu.13.

Pręſumptio omnis alia potius capienda eſt, quàm donationis D.Simon conſi.100.nu.9.

Doli præſumptio ſemper ceſſat, præſertim in uiro bonæ vocis & famæ D.Simon de Prætis cō ſil 166.nu.15.

Doli & fraudis præſumptio inſurgit ex actu occulto. Cepha. cō ſi.435.nu.45.

Doli pſūmptio inſurgit ex enormiſsima læſione.Cepha. conſi. 405.nu.23. deciſ.Peruſi.18.nu. 53.& ibi per totum,quādò pręſumatur dolus.

Delicti præſumptio in dubio eſt euitanda. Cephal. conſil. 444. nume.2.

Delicti præſumptio reſultat contra illum,qui rationem reddere tenetur, & inuentarium nō fecit. Cepha.conſi.392. nu.15. Et hoc etiā in filiis primi gradus.

Decreti præſumptio per oſtenſionem ueritatis tollitur. Cepha.conſi.344.nu.31.

Delicti præſumptio tollitur ex bona fama, & probabili vitæ hominis

hominis. Cepha. cõſ. 304 n. 128

Præſumitur pro domino, quò ad iuriſdictionem, non autẽ quò ad dominium. Cephal. conſil. 369. num. 98.

Dilecti magis præſumuntur, qui in gradu proximiori ſunt poſiti. Cephal. conſi 450. num. 47.

Delicti præſumptio nunquam capitur, quando eſt actus indifferens ad bonum & malum. Mazollus conſil. 101. nu. 22.

Defenſio probatur præſumptionibus & coniecturis. Mazollus conſ. 77. nu. 14.

Preſumptio eſt, quòd non ſit delictum. Mazollus conſi. 53. nu me. 22.

Prẹſumptio ſtat pro iudicis decreto, quomodo procedat. Mazollus conſ. 109. nu. 6.

Non prẹſumitur quis in rebus dubils dolo facere, niſi appareat, quòd aliàs fuerit minatus. Papias in forma libelli pro hẹred. diui. In glo. & in futurũ, in addi. litera A, incip. Pariete, fol. 274.

Dominus, uel alius habens iuris prẹſumptionem pro ſe, debet lite pendente poſſesſionem habere ſeu in ea ſtare. Brunus in conſi. feudali 119.

Debitum factum prẹſumitur, uel damnum datum culpa Domini loci, qui tenetur territoriũ cuſtodire, & poteſt prohibere. Brunus conſi. 117. colum. 2. uerſi. ſecundo & tertio.

Damnum datum præſumitur ab illis de Villa, & à magis ſuſpectis de Villa. Brunus conſil. feudali 117. col. 2. uerſic. tertio.

Damnum datum præſumitur ab inimicis, concurrentibus fama, vel aliquibus alijs indicijs. Brunus conſi. feudali 117. col. 2. verſi. quarto.

Damnum datum præſumitur cõtra frequentantes damna data. Brunus conſi. feudali 117. colum. 2. uerſi. ſexto.

Damna & exceſſus præſumuntur ſciri ab officialibus, quãdo maior pars vniuerſitatis hoc ſciebat, vel quando notorium erat per contratam. Brunus conſil. 117. col. 2. verſi. tertio.

Præſumptio alia quàm donationis, quandiu capi poteſt, aſſumenda propter difficultatem. Bertran. in conſil. 109. nu. 7. in 3 parte, & conſi. 119. nu. 8. in 2. parte, tomi 2.

Doli fraudis & falſitatis præſumptio inducitur per ea, quæ contra ſtilum debitũ efficiuntur. Caſſane. in conſuetu. Burgundiẹ fol. 1. nu. 12.

Prẹſumitur quemlibet poſſe fieri diuitẽ, niſi prẹſens ſtatus aliud indicet. Ripa in l. ſoluto matrimonio, nu. 54. ff. ſol. mat.

Prẹſumptio excluſiua delicti prẹualet contrariæ. Ripa in Reſp. 2 n. 10. de requirendis reis. fol. 94. Roland. à Valle conſil. 58. nu. 8. in quarto.

C Diſpo-

Diſpoſitio præſumitur confor- mis iuri, & conſuetudini. Gabriellius conſi. 58. nu. 30.

Dare plus, uel amittere nemo p̄ſumitur. Gabriellius conſ. 154. num. 19.

Præſumitur factum, ſi qua cauſa appareat ex illa, qua excludatur delictum, uel grauius delictum. Gabriellius conſil. 169. nume. 19.

Donationis præſumptio non oritur ex illicita coniunctione & affectione. Gabriellius conſi. 62. nu. 16.

Doli pręſumptio excluſiua eſt capienda. Marza. conſi. 21. verſi. & in dubio.

Præſumptioni de donando non de facili locum eſſe, & ſi quæ alia capi posſit, eam attendendam. Cur. iun. conſil. 197. nu. 14.

Immo pręſumendus eſt magis actus inualidus, quàm donatio. Rolan. à Valle in conſi. 65. num. 14. in 4. vol.

Deſtinatio an præſumatur & reputetur pro facto. Anton. Gabriell. lib. 1. Communium conclu. tit. de præſumptionibus. Concluſione 12. amplia, & limita, ut ibi per eum.

Durare præſumuntur, quæ ſolo tempore tolluntur D. Menocchius de arb. iud. caſu. 121. n. 8.

Diuiſio n̄on pręſumitur longo tēpore rebus poſſeſsis facta: cum agitur de nō modico præiudicio. Mantua conſi. 12. nume. 7. in ſecundo uolumine.

Donatio in dubio non præſumitur. Mantua conſi. 35. nume. 6. in ſecundo vol.

Delinquere quis velle non præſumitur. Mantua in cōſi. 118. n. 8.

Diligens quilibet præſumitur, niſi probetur negligēs. Mantua conſi. 147.

Contra dolum præſumptum contraria probatio præſumptiua admittitur. Mantua cōſi. 236. nume. 19.

Decretum iudicis aliàs non tollit præſumptionem fraudis & doli. Mantua conſil. 82. nu. 13. & conſi. 197.

Delegatio præſumitur ſubreptitia in caſu illo, ſi non adſit clauſula. Non obſtante. & ſi pieces ueritate nitantur. Mantua cōſi. 51. nu. 41.

Delictum non præſumitur. Mantua conſi. 82. nu. 26. & conſilio 310. nu. 7.

Delictum non præſumi, pręſumptio eſt reum coadiuuans, ſi in probatione deficiat. Mantua conſi. 214. nu. 37.

Dictum morientis leuis & vilis præſumptio appellatur. Mantua conſi. 24. num. 10. Nec eius dictum nocet diffamato; ut pom posſit ad torturā. idem cōſil. 52. nu. 42. & conſi. 414. n. 29.

Dolus præſumitur, ſi inimicitia præcedit. Mantua cōſi. 4 n. 18.

Dolus quòd abſit, eſt præſumptio naturæ. Mantua conſil. 4. nu. 7.

nu.7.& conſil. 266.numero 34.
Dolus non præſumitur, niſi probetur.Mantua conſi.44. nu.2. & conſi.331.nu.1.& conſil.266. numero 33.
Dolus in cauſa delicti præſumitur,non tamen præſumitur ex propoſito prius deliberato. Mantua conſi.152.nu. 1.Fallit in iis, qui ſtant in ſtratis publicis.
Dolus præſumitur in caſu,quando qs omiſit, quod ſciebat ſe facere debere. Mantua conſil. 266.nu.36.
Donatio in dubio non præſumitur.Mantua conſi.31.nu. 13.& conſi.303.nu.3.
Donatio in dubio ſemper præſumitur facta inter viuos.Mãtua in conſi. 102.nu.3.
Donatio preſumitur inter uiuos, quando eſt facta mentio hæredum donatarij. Mantua conſi. 102.nu 8.Etiam ſi fuiſſet facta mentio mortis.ibi.nu.9.
Donatio regulariter non præſumitur. Mantua in conſil. 172. n.6.Fallit fauore dotis.ibi.n.7.
Damnatus ex coniecturis & præſumptionibus pœna corporali damnari non poteſt D. Menocchius conſi.82.nu.144.
Delictum non præſumitur. Menochius conſi.99 nu.12.in 1.uolu.& conſi.82.n.105.&102.n.6.
Delictum nõ præſumitur in reo, & ſe excuſante. Menochius cõſil.60.num.32. ſecùs in actore. ibi. nume. 33. in primo Vol.
Diuiſio præſumitur ex diutina ſeparata poſſesſione.Menochius in conſi.87.nu.68. in primo.
Dolus non præſumitur in eo, qui actum permiſſum facit. Menochi.conſi. 98.nu. 28. in primo, & cõſ.35.n.26.& cõſi. 100.n.36
Dolus non preſumitur cum de leui commodo agitur, ibi.nu.27
Dominus præſumitur ignorare, quę à ſeruis & famulis geruntur.D.Menochius cõſi.53. n.13
Donans prę ſumitur donare cum qualitatibus à iure requiſitis, uel ſaltem voluiſſe donare. D. Menochius conſil.84.nu.49.
Donatio non pręſumitur in dubio inter coniunctos, niſi multa concurrant D. Menochius conſi.91.nu.53.
Donatio non præſumitur de mẽte eius, quem donaſſe aſſeritur.Do. Menochius conſil. 95. nu.118.
Donatio in dubio præſumitur facta contemplutione illius, qui donanti proximior eſt. D.Menochi. conſi.81.nu.44.
Diligens quis pręſumitur. Rimi. conſilio 50. numero 84. Gargiare.patrocinio 24. num.3.& patro.27.nu.16.
Delinquere nemo uoluiſſe præſumitur.Riminal. conſilio 83.nume.600.quod ſufficit ad abſoluendum, non ad condemnandum. ibi. nume.27.
Deceſiſſe ſine filijs quis præſumitur

tur.Riminal.Iun.conſi.107.numero 23. Et ſine teſtamento, ibi.nu.24.

Decreto interpoſito præſumuntur omnia legitimè facta.Rim. Iuni in conſil 6 numero 77 & 78.& conſilio quinto,num 12. Limita, ut ibi. & conſilio 42. nume.56.

Decreto ſtante dolus & læſio nõ præſumitur. ibi.nu.12. & 175.

Delictum præſumitur ex pluribus præſumptionibus. Rimin. conſi.30.nu.46.

Delictum factum accidentaliter in dubio præſumitur non data opera.Rim.cõſi.103.nu.27.

Dilapidatio non præſumitur. Rimi.Iun.conſi.25.nu.281.

Diligens in dubio quis præſumitur.Rimi.conſi.50.nu.84.

Diſpoſitioni primæ non præſumitur derogatum. niſi exprimatur. Rimiald. Iun. conſil. 108. num.4.

Dolus pręſumitur ex actu nocturno.Rim.Iun.conſi.3.nu.16.in j. Item pręſumitur ex lucro cũ alterius iactura facto. ibid. nume.17. Item præſumitur ex aliqua ænormi læſione.ibi.nu.18.

Dolus uerus probatur indiciis.Rimi.Iun.conſ.43.nu 31.Sed prę ſumptus à lege inducit ſine ꝓbatione.ſed contra ibi. nu.44. Et præſumitur ſine probatione.ibid.nu.21.

Dolus non pręſumitur ſtante decreto Rimi.conſi.5.num.12.& quomodo & quando.

Dolus pręſumitur ex enormiſſima lęſione.Rimin.Iun.in conſ. 5.num.122.

Dominus inueſtiens vaſallũ poſt caducitatem, uidetur eam remittere. Rimi.Iun. in conſil. 1. nu.29.Fallit vt ibi.Et in dubio, an ſciuerit hoc uel ignorauerit pręſumatur.

Dominus recipiendo canonem poſt caducitatem uidetur eã remittere, data ſcientia, quę pręſumitur, ſi diu emphyteuta perſeuerauerit in poſſeſſione. Rimi.nouiſſ.in conſ.22.nu. 12.& ſeq.

Dolus non pręſumitur, nec delictum nec culpa in pœnalibus. Burſa.conſi.94.nume.10.

Dolus non pręſumitur, ubi fit aliquid ex certa animi ſcientia. Burſa conſi.47.nu.28.

Dolus re ipſa.& ex propoſito prę ſumitur, quando quis lęditur ultra dimidiã.deciſ. Peruſ. 18. nume 57.

Domiciliũ nõ p̃ſumitur. Burſat. conſi.74.nu.36.& 91.

Donõ nõ p̃ſumitur.Burſ. cõſ.104.

Donatio pręſumitur in uerbis,& clauſulis inueſtiturę donationem pręſeferentibus,licet alia adſint feudum importantia ex cõi. Burſat. conſi. 46. nu. 5.

Dolus pręſumitur in his, q̃ tẽdũt ad pręiudicium tertij. Gargiareius patrocinio.13.nu.19.

Dolus

Dolus p̄ſumptus dicitur, quando
indicia dolum oīo nō conclu-
dat. Gargiare. patroci.91.n. 4.
Duę pręſumptiones in falſi mate
ria ſufficiunt.Gargiareus pa-
trocinio.19.nu.15.
Duę pręſumptiones ſufficiunt in
criminalibus, etiam ad con-
demnandum.Gargiare. patro
ci.27 nu.22.
Pręſumitur pro decreto. deciſio
Peruſi.1.nu.18.in prima parte.
Donationis acceptatio pręſumi
tur ex ſola ſcientia Notarij.de
ciſ.Peruſi.29.nu.19.in j. parte.
Demens quis non pręſumitur ex
denominatione facta à p̄re in
teſtamento. Etiam dato cura
tore: niſi poſt mortem teſta-
toris dictus curator confirme
tur.deciſio Peruſi.prima n.17.
Dolus non pręſumitur in tranſa
ctione. deciſio Peruſi. 101.nu.
me.15.in 2.par.
Donatio in dubio non pręſumi-
tur,etiam fauore eccleſiæ. de-
ciſio Peruſi.93. nu.xj. in 2.par.
Dos eſt titulus, qui non pręſumi
tur. deciſi.Peruſi. 99.in 2.par.
Dotis pręſumi non debet conſti-
tutio: cum ſit quid facti.deci-
ſio Peruſi.99 n.10.
Delicti pręſumptio nunquam fit.
Fallit in mulierib. Fallit rōne
patrię. Fallit rōne parentum.
D.Alphanus in ſuis regulis, &
collectaneis, num.214.fol.67.
Damnum & odium alterius tol-
lit pręſumptionem, ꝙ ex diu-
turnitate tēporis pręſumatur
ſolennitas,&auctoritas,ſeū cō
ſenſus ſuperioris, uel alterius
pro ſolennitate requiſitus in-
terueniſſe.Bero.in conſi. 5.nu.
17.& ſeq.in primo uol.
Deceptæ atq; ſeductę pręſumun
tur mulieris adoleſcentulę ex
fragilitate ſexus, & ſimplicita
te ętatis.Bero conſil.49. nu.3.
in primo vol.
Deceptę atq; ſeductę p̄ſumūtur
filię à patre, & circumuentæ,
quę cum patre contrahentes
fuerunt enormiter lęſę. Bero.
d.conſil.49.nu.5.in j. uol.
Decreti ſolennitas non pręſumi
tur, neq; probatur ex uerbis
narratiuis inſtrumenti. Bero.
conſi.124.nu.20.in j.uol.
Defectus ſolēnitatis in teſtamē-
to pręſumptionem iuris & de
iure contra notarium de dolo
inducit,ut de falſo tenetur;ſe-
cus in aliis actibus.Bero.cōſil.
2.nu.2.in 2.uol.
Delegata iuriſdictio non pręſu-
mitur, & iudici aſſerenti ſe de
legatum non creditur. Bero.
conſ.65.nu.142.in j.vol.
Delegatio an ex diuturnitate tē
poris,& uerbis inſtr̄i enūtiatio
nis p̄ſumatur? Bero.conſi. 52.
nu.8. in primo uol.
Delinquere nemo p̄ſumitur. Be-
ro.cōſ.87.nu. xj. in primo vol.
Diligere magis q̄s p̄ſumitur ne-
potes ex filijs, q̄ ipſos filios.Be
ro.in conſ.95.nu.15. in ij. uol.

Dilc-

Dilectio maior in vno, quàm in alio ex quib. præſumatur. Bero.in conſi.95.nu.7.in 2.volu.
Dilectio maior præſumitur erga iam natos, quàm erga naſcituros. Bero.in conſil.140.nu.38. in 2.vol.
Dilecti magis cenſentur proximiores, & priores gradu. Bero. in conſi.116.nume.6.& conſil. 120.nu.46.in 2.vol.
Dilecta magis a teſtatore præſumitur neptis, quàm filia. Bero.in conſi.115.nu.15.in ſecundo volum.
Diſponens non præſumitur velle id, quod non loquitur. Bero.in conſil.84.nume.52.in ſecundo volum.
Diuturnitas temporis, an faciat præſumi conſenſum Epiſcopi interueniſſe, quando teſtator, aut patronus fundans, vel erigens beneficium, & altare qualitates & cõditiones illi appoſuit. Bero.in conſi.5. num.5. in 1.vol. Et an faciat præſumi illum interueniſſe in cõſtructione eccleſiæ, uel altaris, quò ad acquirendum ius patronatus. ibi.num.16.
Diuturnitas temporis nunquam facit prçſumi cõſenſum illius, qui pro ſolẽnitate requiritur, quando de odio, & prçiudicio alterius agitur. ibi. nume.17. Nec tunc facit unquam prçſumi ſolemnitatem & auctoritatem, & conſenſum ſuperioris. ibi.num.18.
Ex diuturnitate temporis, & uerbis inſtrumenti narratiuis, quando ſolemnitas præſumatur. Bero.conſi. 32.nume.4. in j.vol.
Ex diuturnitate temporis ſolemnitas etiam extrinſeca, & omnia alia ſolemniter acta præſumuntur. Bero.in conſil.173. num.58.
Ex diuturnitate temporis licentia Papæ non præſumitur. Bero.in conſi.32.num.5.in 1. vol.
Ex diuturnitate temporis an prç ſumatur pro delegatione cauſæ ad ualiditatem ſentẽtiæ ab aliquo tãquam iudice delegato latæ. Bero.in conſi.65.num. 147. in 1.vol. Et quid de mandato etiam procuratoris.
Condemnari ex indiciis & præſumptionibus poteſt hæreticus, ſimoniacus, & reus in crimine læſę maieſtatis. Clarus in pract i. §. fin. q. 20. uerſ. ſcias etiam.

Cenſuarius, qui per tres annos cõtinuos cenſum ſoluit, præſumitur, etiam ſuperiorum annorum cenſum ſoluiſſe. Mod. Pari. in conſue. lib 2. §. 62. nu. 41.

Conſtitutum præſumitur ſimulatum, ut contractus in quo apponitur. Tiraquel. in ſuo conſtitu. poſſeſſo. num. 2. 3. parte 8. limita. & ideò non operatur 9. limit. num. 2. & 3.

Chriſtianus in dubio præſumitur, qui in terris chriſtianorũ occiſus reperitur. Afflict. ſuper conſtitu. regni, de homicidio clandeſtino, num. 69. fol. 135.

Pro citante in dubio præſumendum eſt. Fran. Marcus in deciſ. Delphina. q. 383. nu. 1. in 1. lib.

Crimen omne præſumitur priuatum, niſi exprimatur publicũ. Fran. Marc. deciſ. Delphina. q. 768. num. 3. lib. 1.

Carceratus mortuus præſumitur in carcere culpa cuſtodis. Marſil. in prac. in §. diligenter, nume. 93.

Culpa præſumitur in eo, qui faciendo actum licitum modũ excesſit. Marſi. in prac. crim. §. quoniam, num. 67.

Con-

Condemnato ex præſumptionibus pœna minor imponitur. Blancus in prac. crim. car. 74. nume. 89. & poteſt appellare. Carrerius in prac. in prin. numero 54.

Conſcientia licet non curet prçſumptionem legum, debet tamen curare ueritatem. Alcia. in rub. de iureiuran. num. 61. & 62. ubi ſusè.

Correctio potius præſumitur, quàm ſuperfluitas. glo. fi. in c. quamquam, de uſu, in 6.

Contra maiorem nemo præſumat honorem, no. glo. in l. 3. ff. de alien. iudicij mu. cauſa fac.

In dubio prçſumitur, quòd principalis motus ſit ex conſilio, & quòd nõ fuiſſet aliàs facturus. Dec. in l. conſilij, nume. 9. ff. de reg. iur.

Clericus, qui amplexatur mulierem an præſumatur bene facere. Cagnolus in l. ſemper in dubiis. ff. de reg. iur. num. 5. ubi præſumitur illud facere cauſa benedicendi, ſi pro contrario non præſumatur, ex qualitate perſonarum, locorum &c.

Cautela nimia facit, ut præſumatur in malam partem. fuſius Cagnolus in l. quæ dubitationis, num. 5. ff. de reg. iur.

Collegium Doctorum habet maiorem præſumptionem pro ſe conſulẽdo, quàm unus doctor priuatus. Crauetta de antiquitate temp. par. j poſt nu. 233.

Conſenſus præſumitur interueniſſe ex longa poſſeſsione & diuturna illius patientia, cuius conſenſus requirebatur. Hieronym. de Monte in tract. de finibus, cap. 105. & in præiudicialibus conſenſus præſumitur cõcurrente ſcientia, & patientia longa. ibi.

Ciuis præſumitur morari in ciuitate ſua. Boſs. de rapinis, numero 26.

Conductio non facit ceſſare præſumptionem fraudis, immo illam auget. Tiraquel. conſtitu. poſſeſſo. parte 3. limi. 9. num. 3.

Cauſa prçſumptionis ceſſante ceſſat præſumptio. Tiraquellus ceſſante cauſa, parte prima, num. 200.

Cauſa quçlibet præſumitur impulſiua in gratiis & priuilegiis. Tiraquellus ceſſante cauſa, limit. 1. num. 14. & cauſa de prçterito prçſumitur impulſiua. limita. 1. nu. 26. & cauſa de futuro finalis præſumitur. limit. 1. num. 26. & cauſa a lege inſerta finalis præſumitur. limit. 1. num. 60. & cauſa, quç ex prooemio ſumitur finalis prçſumitur limit. 1. num. 64. niſi tamen natura ipſius cauſæ repugnaret. ibi. num. 66.

Citatio non prçſumitur ex lapſu temporis. Tiraquel. de præſcr. 63. pag.

Conſenſus præſumitur ex patiẽtia 10. annorum, ibi. fol. 27.

Cauſa præſumitur impulſiua, q̃ reſpicit commodum accipientis tantum. Aliud tamen ibi ſauore dotis. Tiraquellus de priuilegiis piæ cauſę, priuilegio vltimo.

Citatio in dubio prę ſumitur iniuſta, niſi a circunſpecto iudice decreta fuerit. Vantius de nullitate proceſſ. folio 180. numero 31.

Citatio prę ſumitur commiſſa, ubi conſtat de relatione nuncij, aſſerentis ſe iudicis mandato citaſſe, & hoc in cauſa ciuili & de cõſuetudine. Vantius de nullitate proceſſus. fol. 181. nu. 42. Ber. Diaz reg. 80.

Citatio poſtquam fuerit per nuncium relata præſumitur, quòd fuit ad inſtantiam partis decreta. Vantius de nullitate proceſſ. fol. 182. num. 45.

Citatus præſumitur, qui in iudicio reperitur, quando ab illo abeſſe conſueuit. Vantius de nullitat. proceſſ. fol. 177. num. 16. Iaffredus deciſ. 504.

Cõuerſantes inuicem præſumuntur ſcire conditionem & geſta Bal. in conſi. 95. nu. 7. in 1. uolu. ꝙ probat.

Cõceſſio ad uſum uel emphyteuſim non præſumitur coherere perſonę in dubio. Bal. conſilio 112. nu 2. in 1.

Compromiſſum, quando executum fuit, prę ſumitur præceſiſſe lõgisſimis temporibus pro eo fidem facientibus. Nam ex longinquitate temporis præſumitur pro uerbis enũciatiuis. Bal. conſi. 112. nu. 8. in 1. uol.

Conſenſus tacitus prę ſumitur ex actuum qualitate, & charitate fraterna. Bal. conſ. 120. nu. 3. in 1. uolum.

Clauſula in fine poſita, ſi non apparet uerè, uel pſumptiuè ad quæ uoluerit referre. Tunc nõ trahiť ad omnia. uide de hoc plenè Alberi. in l. ſi idem cum eodem. nu. 3. ff de iuriſd. omnium iudi. & ibi remisſiuè. & Bellonum in ſuis cõmunibus conclu. uer. clauſula.

Conceſsio præſumitur ex patientia 40. an. & diſuetudine 40. annorum populi. Bal. conſil. 216. nu. 3. in 1. uol.

Conſultor licet ſit electus de uoluntate partium. Tamen præſumitur electus tanquam iuris peritus. & ideo, ſi p imperitiã conſuluit, conſilio ſuo ſtandum non eſt. Bald. conſilio 227. nu. 5. in 1. uol.

Ceſsio inter coniunctas perſonas non præſumitur ſimulata. ut no. Dyn. in l. patrem. ff. quæ in frau. credito. de quo Bal. conſi. 237. in 1.

Conſilium uel colloquium præſumitur bonum, & maxime ſi cũ bono uiro ſit. uide plura per Bald. ad rem in conſi. 250. n. 1. in primo.

Confesſio licet præſumatur uera

& ſpontanea in maiore. Tamē ſecus in minore niſi ſit ueſtita ueſtimento præſumptionum, & indiciorum. q̃a minores nō ſunt conſtantis animi, neque firmitudinis, uide omnino Bal dum in conſ. 310. in primo uo. nume. 2. ubi etiam dicit, ꝙ minori eſt dandus curator in cri mine.

Cauſa in Principe præſumitur finalis, & uera, licet contineat uerba enunciatiua. Bal. conſil. 355. in 1. nu. 1. ex uerbis tamen generalibus nō p̄ſumitur Principem includere quempiā uoluiſſe. Bald. conſi. 400. nume. 3. in primo.

Cauſa prę ſumitur ex ſolutione cenſus. Bal. conſi. 379. in primo uolum.

Conceſsiſſe in dubio contra aliū non præſumitur, quòd contra ſe deberet dedignari conceſſum eſſe. Bald. conſi. 400. nu. 3. in j. lib.

Contra prę ſumptionem iuris & de iure probatur contrarium per confeſsionē. §. aliud, in authen. de æqualita. dot. Bald. cō ſi. 190. nu. 3. in 2.

Correctio legum in dubio non p̄ſumitur. Bald. conſil. 236. in 2. uolum.

Carceratus, qui ante contractū ſtetit in carcere, & etiam poſt, prę ſumitur, quòd in medio tempore non fuerit in libertate ſua. unde non oportet probari de hora & puncto confecti inſtrumenti, quòd tunc nō eſſet in libertate ſua. quia ex eis colligitur medium, ſicut dicimus in poſſesſione, & in omni actu, qui recipit continuationem. Bal. conſi. 247. in ſecundo uolum.

Contrahens cum tali tanquā tali prę ſumitur ſcire eius qualitatem l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bald. conſil. 260. nume. 3. in 2. uolum.

Ex confesſione prę ſumitur uera numeratio, ex quo nunquam fuit oppoſita exceptio non numeratę pecuniæ. Bal. conſ. 285. nu. 1. in 2.

Colluſio in dubio non præſumitur l fi. C. ad l. Iul. repetun. Bal. conſi. 396. in 2.

Conſilium malum nemo dare p̄ſumitur, ſed aut bonum, aut nullum. Bal. conſi. 410. nu. 8. in ſecundo uol.

Confeſſus ſe recepiſſe centū prę ſumitur uerum fateri, ꝙ uera interuenerit numeratio. & maxime, quando renuntiatū fuit exceptioni non numeratæ pecunię. Bal conſi. 41. nume. 1. in 3. uolum.

Clauſula motu proprio facit, ꝙ Papa prę ſumitur ritè feciſſe, quod fecit. Dec. conſi. 341. nume. 4. & ſeq. uide omnino, in 2. uolum. & facit, quòd in principe præſumitur iuſta cauſa, ut ibi. & facit ualere actum, etiā quòd

quòd interueniat ſupplicatio ibidem.

Conſilium fraudis ex illicitis prę ſumitur. Bal. conſilio 80.in 3. uolum.

Confesſio mandatarii, qui habet mandatum cum libera,poteſt confiteri, & confesſio eius in prę iudicium ipſius confitẽtis prę ſumitur uera, & ex ea tenetur Domino.Bal.conſi. 131.nume.1.in 3.

Contractus non præſumitur fęneratitius, cum non contrahatur ſaluo capitali.Bald. conſil. 134.col.fi.in 3.uol.

Citatio forenſis per præconẽ nõ ſufficit, quia non peruenit in notitiam citati ueram,vel prę ſumptam.& captioſam citationem lex non approbat. uide omnino Bal.in conſi. 154. nu.2. in 3.uol.

Caſtra in dubio prę ſumuntur eſſe Regis,quia eis cohæret iuriſdictio,ut in c.1.quæ ſint regalia.Bal.conſi.159.in 3.ad fin.

Commisſio iudicis non præſumitur,niſi de ea appareat.Bal.cõ ſi.212.nu.1 in 3.

Copula duplex eſt. ſecunda uocatur uſus matrimonii,& eſt duplex.ſ.uera & præſumpta.uide Bal.conſi.228.num.1.in 3. ubi fuſius.

Calumnioſe litem mouiſſe præſumitur, qui nihil probauit l.1. de aduo.diuer.iudi.& c. 1.in fi. de elec.lib.6.Bal.cõſi.250.in 3. num.2.

Conuerſatione præſumitur ſcientia.Bal.conſi.295.in 3. nu.2.

Contractus præſumitur fraudulẽtus ex pluribus.ut per Bald.in conſi.322.in 3. maxime ex pactis derogatoriis, & contra naturam contractus. uide omnino.

Copula poſita à lege prę ſumitur æqualia copulare, non autem contraria, ſicut eſt certum & incertum.Bal.in conſi. 383.nu. 3.in 4.uol.

Color quæſitus præſumitur contra legis interdictum.Bal.conſi.22.nu.1.in 5.uol.

Confesſio recepti prę ſumitur uera,quando eſt renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.Bal.conſi.173.in 5.uolu.

Cõtineri ſub regula quilibet præſumitur,niſi probetur contrarium.Bal.in l.mutus.§.cũ quæritur.ff.de procurato ubi etiã ſummat illum.§.quòd præſumptio de habilitate eſt præſumptio generalis.

Conſilium prę ſumitur bonum, ſi à bono uiro eſt datum. & econtra. Bald.conſil.402.in 5. uolum.

Clerici prę ſumũtur, qui incedũt in habitu & tonſura.Bald. in l. ſanctum ff.de rer.diuiſ.

Clandeſtinitas prę ſumi facit fraudem,& uitium animi. Bald. in l.Barbarius,col.1.in 2.lec.ff.de officio prę to. & in dubio prę ſumitur

mitur contra eum, qui in uere cundè petit, tamen ſi conceda tur licitè retinetur. Bald.ibid. col.2.ubi etiã dicit, quòd prę-ſumitur contra illum, qui ex mala conſcientia timet exire in publicum.

Citatus inuentus contumax, niſi dixerit nolo uenire, ſi ſit perſo na miſeratione digna, quæ prę-ſumitur potius imbecillitate quàm per contumaciam non parere, ſicut eſt minor, ruſti-cus, & mulier excuſatur. Bald. in l.1.§.eis qui.ff.de eden.

Caſus fortuitus non debet pro-bari, ſed culpa, qua non proba ta præſumitur caſus. unde præ ſumitur contra argentarium, ſi perdidit rationes, & idem in quolibet gerẽte officium. Bal. in l.prætor ait.§.prætor. col.1. ff.de edendo.

Contractus totus prę̨ſumitur ſo lennis ratione ultimæ clauſu-læ, & tabelliones bene in in-ſtrumentis ſequuntur formã. l.iuriſgent.§.quòd ferè. col.1. per Bal.ff.de pactis. ut dicant. Quæ oĩa & ſingula &c. & om-nia iura una pars alteri, & al-tera alteri &c Eſt.n.iſta clauſu ſula quaſi concluſio totius ne-gocii, ut ibi per Bal.

Calumnia prę̨ſumitur in nõ pro-bante. Bal.in l. Athletas. §. ca-lũniator.ff.de iis, qui nor. infa. col.2.ubi dicit, quòd præſum ptio legis facit plenam proba tionem, ſed præſumptio homi nis, ideſt unius teſtis non. & ꝙ quis calumnietur, ſi nõ pro bat eſt præſumptio hominis, quæ contraria amouetur præ-ſumptione.ibi Bal. & probans per unum teſtem, uel per fa-mam non prę̨ſumitur calum-niari. ibi.in addi. & poſt aper-turam teſtium quis non dici-tur calumniari Bal.in l.minor 25 an.ff.de mino.

Conuerſans cum inimicis meis prę̨ſumitur meus inimicus. Anan.conſi 7.nume. 16.ubi & Belogni.

Canon latæ ſententię nunquam in dubio prę̨ſumitur, niſi in ſen tentia excõmunicationis quę eſt medicinalis.Bal.in l.fi.ff.de capi.diminu.

Confines non prę̨ſumuntur mu-tati ſi ſunt antiqui, niſi probe tur, quia non prę̨ſumitur mu tatio terminorum.Bald.in l.in fi nalibus.ff.finium regun.

Conſtitutum non prę̨ſumitur, ſi intercesſit ſtipulatio uera, uel ficta.& circa idem cum princi pali, ſed fideiusſio, ſi uerò nu-dum pactum, tunc ut res ma-gis ualeat, prę̨ſumitur conſti-tutum.& ſic agi poterit ex nu do pacto. Bal.in l ſi uero.§.pla nè.ff.mandati, in fi.

Credere denuntiationibus alte-rius quis non tenetur, niſi ſit præſumptio pro denunciante, uel aliàs ius ſuum fundatum. Bal.

Bal.in l.mulier 2.col.ff.de lege commiſſoria.

Clericus ex quibus actibus præſumatur, uel canonicus. Bal.re miſsiuè licet in l.ea lege.in lectu.antiqua.ff.loca.

Cauſa mala præſumitur eo ipſo, quòd quis ſententiam contra ſe habet.Bald.in l. Herennius. ff.de euictio.& ideo non tenetur appellare, niſi habeat bonam cauſam, quia tenetur appellare,& proſequi. Nam ubi nõ appellatur,uidetur inuiſus iuri præſumptionis,quæ eſt ꝑ ſententia.ibi.in §.1.

Cautio habens cauſam indiſcretam, non ualet. Bald. in l.cum de indebito.§ ſin uerò. ubi fuſius,& in §.ſin autem cautio. uide omnino.

Ex qualitate cõiunctionis ceſſat præſumptio ſuſpicionis. Item una præſumptio aliam tollit. Bal.in l. non ſolum.§.1.ff.de ritu nuptia.

Contractus celebratus inter uirum & uxorem non præſumitur cauſa donationis factus,niſi hoc oſtendatur. Bald. in l. ꝗ autẽ ſpectat.§. ſi tibi maritus, ff. de donatio. inter uirum, & uxorem.

Coactio iudicis non præſumitur, ubi quis cogendus non eſt. immo præſumitur ſponte fieri, cum præſumatur pro iudice. Bald.in authenti.presbyteros. C.de epiſcopis & clericis.

Cauſa præſumitur in Principe.ſu ſisſimè Grammaticus conſi.ci uili 100.

Conditio in dubio nõ pſumitur, ſed cauſa.Bal.in l.cum quis, n. 19.C.de iuris & fac.igno.

Contractus innominatus in dubio præſumitur. Bal. in l.ſi paſcenda.C.de pactis.

Ceſsionis titulus ſi non contineretur in inſtrumento præſumeretur ſimulatio,& ſufficit titulus præſumptus. unde, quãdo fit inter coniunctas perſonas,quia præſumitur donatio, ualet ceſsio.Bald.in l.1. col.2. num.4.C.ne liceat potentioribus,quod intelliget ſecundũ ipſum ibi.nu.8.in ceſsione uoluntaria,ſecùs in neceſſaria.

Coniuncti & confederati præſumuntur eiuſdem intentionis. Bal.in l.liberi.C.de inoffi.teſta.

Cauſa in dubio finalis. Bal. in l.ſi repetendi,nu.3.C.de condi.ob cauſam,uide poſtea.

Cauſæ extrinſecæ non præſumuntur. Bal. in l.ſi interrogatione. C.de uſuris.

Contractus præſumitur ſimulatus,ſi quis poſt contractũ, cuius natura eſt alienare, poſtea reperitur posſidere. Bal.in l.1. nu.3.C.de dona. ante nup.

Concubina præſumitur quæſiiſſe de bonis amaſii.Bald. in l.1.C. de naturalibus liberis,nu.3.

Conſenſus ſemper præſumitur eſſe de ſubſtantia,ſed non conſilium.

ſilium.Bal.in l.cum non ſolum nu.16.C.de bonis,quæ liberis.

Cõtemplatione eius cui legatur, uel relinquitur, & non alterius cenſetur legatum uel relictũ propriè. Bald.in l.ſi quis in libertate. C.quibus ad libertatem proclamare non licet,nume.6.

Cautelæ abundantia non inducit pręſumptionẽ malæfidei. Bal. in l.non ex eo.ad fi. in addi. C. de euictio.

Cauſa decreti pręſumitur, ſi reperitur decretum interpoſitũ, & in inſtrumen to in quo reperitur decretum interpoſitum fit mentio ſolemnitatum.quia omnia prȩſumuntur ſolemniter acta. Bald. in l. prima. ff. de rebus eorum.in princ.col.2.

Clauſulæ inſolitæ inducunt fraudis pręſumptionem. Clauſulæ uerò conſuetæ non inducunt pręſumptionem fraudis. immo uidetur tacitè rogatus notarius, quòd eas ponat in inſtrumento, licet nõ ſit dictum expreſsè à partibus. Bal.in l.ſi quis ſub conditione.ad fi. ff.de condi.inſtitu.

Clericus à ſua eccleſia abſens, pręſumitur ex propoſito abeſſe.Imo.in c.fin.de eo,qui mitt. in poſſ.in tit.de beneficio. parte 4.q.5.col.2. Turzanus communi conclu.154.nu.3.

Clericus quando pręſumatur acquiſiuiſſe ex bonis eccleſiaſticis.uide in q.poſita poſt tract. Bellameræ, de Pluralitate beneficiorum,quæ fuit Federici de Senis.

Conſilium præſumitur ex breuitate temporis.Gramma.conſ. ciuili 115.nu.5.

Ceſsio facta ex qualibet cauſa nõ neceſſaria pręſumitur in dubio facta in fraudem præter in caſibus exceptuatis. Ioan. de Amicis in conſ.24.nu.23.

Cognita pſumitur uxor, quando uir & ipſa diu ſtãt ſimul ad habitandum & dormiendum, & creditur potius uiro, quòd ſit cognita quàm uxori. Ioan. de Amicis conſi.69.nu. 10.

Contractuum diuerſitas pręſumitur ex diuerſitate temporis.Ioan. de Amicis conſi. 114. nu.4.& ſeq.

Contractus in dubio potius præſumitur cenſualis quàm emphyteuticus.vt pęna locum nõ habeat ob cenſum non ſolutũ. Crauetta conſi.204. nu. 20.

Conuerſans in loco præſumitur cognoſcere pſonas ibi exiſtentes.Crauetta conſ.249.num.6. in ſecundo.

Confesſio mariti conſtãte matrimonio ſi in parte probetur uera, in totum præſumitur uera. Crauetta conſi.175.nu. 5.in 5. fundamento,lib.2.

Culpa nõ præſumitur l. exceptione. ubi Bartol. ff. de fideiuſſor. Monticulus in tracta. de inuenta-

uentario, nume. 176. fol. 103.

Cōmunis curſus rerum præſumptionem inducit. Crauetta cō ſi. 276. nume. 2. in 2.

Contractus in dubio præſumitur cenſualis non emphyteuticarius, ut ceſſet pena caducitatis ob ceſſationem ſolutionis. Crauetta conſi. 279. ad fi.

Clerici pſumuntur auari, & ideo, ubi agitur de ſolutione tēporalium fit interpretatio contra clericos, ut in eis ſolutum præſumatur, quia non eſt uerisimile, pro magna eorum auaritia, quod negligētiam in exigendo commiſerint. Crauetta conſi. 281. colum. 2. circa principium in 2 uolu. ubi fuſius de clericorum auaritia.

Clerici non præſumuntur auari circa nepotes & neptes. uide Neuizan. in Sylua poſt finem Syluæ. ubi Vagnonus in carminibus. Pontifices ſatagūt ſummi grandire nepotes. Crauetta conſi. 82. nume. 6 uerſi ſecundo reſpondeo. Sed iſtud fefellit in me. quia habui patruū apud Clementem VII. Paulum III. & Iulium III. Pontificum illorum prothomedicū, & magnum certè uirum ſcientia & facultatibus eccleſiaſticis & me egenum pertinaci & crudeli fantaſia me prorſus reliquit. licet clericus & Prothonotarius apoſtolicus exiſteret

Cauſa talis præſumitur, qualis p effectum ſolutionis demōſtratur. Et ideo, ſi apparet locatio ſine pēſione, præſumitur in dubio facta ſub ea penſione, quæ poſtea ſoluta ſit. Crauetta conſil. 294 uerſic. uigeſimoprimo, & ob id conceſſio præſumitur realis. ſi pro reali fuit obſeruata. ibi.

Conceſſio in dubio præſumitur ſecundum conceſſionem & cōſuetudinem concedentis. Alexander conſil. 107. nume. 1. in primo uol.

Coniunctio ſanguinis æqualis pſumptionem excludit Crauetta conſi. 297. colum. 2. nu. 2. in 2. uolum.

Culpa in dubio non præſumitur, ſed eſt probāda. & ideo ut culpa ceſſet præſumitur quis feciſſe in rebus alienis, quòd in ſuis ſolitus eſt facere. Similiter quilibet feciſſe præſumitur, quòd alias uerisimiliter faceret, ne alias culpa præſumatur. Crauetta conſil. 319. nume. 15. uerſic. Primo igitur ceſſat culpa. Item culpa ceſſare etiam leuiſſima præſumitur ab his, qui operam dāt rei licitę, niſi contrarium probetur. Crauetta. ibi nu. 17. & ibi de culpa fuſiſſimè in toto conſilio.

Cauſam iniuſtam ſe fouere præſumitur, quando ceſſante cauſa iuſta litigandi ab initio, ceſſat per l. prima, §. circa. ff. de

de excep. doli. Crauetta in cō ſi. 225.

Clauſula non obſtante contra ius commune facit præſumi Principem facere de plenitudine poteſtatis, & facit ualere reſcriptum contra teſtamentū. Bald. in l. ſi non ſpeciali. 2. col. uerſ. item dicit Oldra. C. de teſtamen. Redoanus in tract. de ſpoliis quæſt. 1. numero 47. ubi & alia.

Clericus quidquid acquirit non præſumitur acquirere ex bonis eccleſiæ. uel ex redditibus eccleſiæ & non negociationis. Redoanus in tract. de ſpoliis. q. 15. nu. 30.

Cuſtodes carcerum præſumuntur negligentes. Cataldi. inter conſil a per Zilettum conſ. 22. nu. 13. Tomo 2.

Confeſsio præſumitur facta parte abſente, cum eſt iudicialis. Merenda inter conſilia crimi. per Zilettum conſil. 91. nu. 33. Tomo 2.

Contractus in dubio præſumitur cenſualis potius quàm emphyteuticus. Natta conſi. 2.

Conceſsio talis præſumitur, qualis ſolutio fit. Natta conſi. 228. ad fi. in 1.

Contrahere quis præſumitur ſecundum naturam ipſius contractus, & ſecūdum diſpoſitionem iuris communis. Natta conſi. 615. num. 9. in 3.

Contraxiſſe quis præſumitur ex cauſa mercantiæ permiſſa in dubio l. fi. ubi no. C. ad Mace.

Cuſtos ſigilli habet pro ſe præſumptionem, ut non appoſuerit ſigillum, niſi prout officiū ſuum requirebat. ita Vitalinus in clemen. j. parte ultima, num. 48. de iureiuran. ubi etiā alia de appoſitione ſigilli, etiā de ſigillo Doctoris, & ſubſcriptione.

Cauſa iuſta præſumitur in principe. fuſius Bertran. conſi. 37. in num. 1. & ſequen. in 2. uolum. lib. 1. in antiquis.

Calumnia non præſumitur in tutore D. m. Cephal. conſil. 429. num. 39. & num. 87. maximè in matre tutrice, ibi. nu. 40. in 3. volum.

Calumniari præſumitur denuncians eo ipſo, quod nō probat eique probatio incumbit, q̃ non animo calumniandi hoc fecerit, c. fi. ubi Butrius, num. 4. de calumniatorib.

D

Dolus præſumitur in contrahente cū minore propter enormem læſionem. Bertran. conſi. 3, 7. num. 4. in 2. uolum. lib. 1. & in conſi. 293. num. 8. in 3. volum. eod. lib.

Quando mulier longo tempore adminiſtrauit bona mariti bāniti, adeò, quòd potuit ſibi ſatisfieri de dotibus ſuis, ſi no-

luit,ſi poſtea talis mulier uellet agere ad dotes, non auditur,quia prȩſumitur, quòd de illis ſibi ſatisfecerit.Mo der.in addi.ad Alexand.in l.uenditotores,ff.de uerb.oblig. Neuiz. eſt relator in conſi.59.nu.11.

Donatio facta in infirmitate prȩſumitur facta cauſa mortis ēt ſi non dicatur.Anton. de Butr. in ca. ex literis, extra de conſue.ſed Imola tenet cōtrariū. vide Gui.Pap. de præſumptio. num.11.

Et ſi quis dicat do, uel dono, in dubio prȩſumitur donatio inter uiuos, ſed ſi dicat relinquo, tunc præſumitur cauſa mortis.l.1.§.fi.ff.de tabu. exhi. & no.Dy.in l.1.C.de reuoc.do.

De dolo quis punitur etiam præſumpto, ſicut de uero. Ioann. Graſſ.in c.ſicut noxius, de prȩſumpt.& prȩſumitur in dubio fraus,& dolus in delictis. d.ca. quòd ſecus in contractibus. l. quoties,§.qui dolo.ff.de prob. cum ibi no. per glo. & doctor. prȩſumptio autem doli ceſſat, quando eſt iuratum. Bauer.in tracta.iuramenti 4.caſu.Firm. in reperto.

Dominium præſumitur ex poſſeſsione de præſenti. uide omnino Gui.Pap.de præſumptio. num.16. ubi quomodo probetur dominium.

Donatio, uel uenditio facta in fraudem prȩſumitur,ſi uenditor,uel donator pōſt inſtrumētum factum poſsidet res donatas,uel uenditas,ut no. Specu. de dona.§.1.uer.item pone aliquis,quid de eo, qui alienat in fraudem delicti.Guid. Pap. de præſumpt.num.20.

Donationem faciens pater filio tanquam benemerito, non ꝑſumuntur merita præceſsiſſe, niſi probentur per filium, ut no.in l.ſi donatione,C.de collatio.quod credit uerum Gui. Pap.ubi ſupra, nume.22. Niſi appareant coniecturæ talium meritorum,ut ibi dicunt doct. imò plus ibi dicit Bald. quòd ſuper probatione dictorum meritorum ſtatur iuramento patris donantis, uide Gui.Papæ,ubi ſupra,& deci.95.& 415.

Donatio præſumitur inter coniunctas perſonas,ut ff. de don. inter uirum & uxorē.l.ſeruus communis, & inter tales etiá facilius præſumitur remiſsio. in l.Procula.ff.de proba.

Donare quis præſumatur. Bar.in l.cum quis.ff.ſi cer. peta. ibi ꝓ huius declaratione.Iaſ.in conſi.296.in 2. fol.66. ubi tantum in modicis præſumitur donatio facta coniuncto, nec ſecus.

Dolus faciliter præſumitur, ubi eſt cauſa lucri, non autem ubi ceſſat.l.eleganter. §. fin. cum l. ſequen.ff.de dolo. Cȩpola cōſ. 57.num.12.

Dolus prȩſumitur & metus ceſſare,

ſare, quando aliquid fit pręſentibus parentibus & amicis l. transactione. C. de transac.

Dotem dediſſe uiro mulier omnium bonorũ pręſumitur, dote prius non constituta, quod eſt uerum ſi interueniat traditio, alias non, ideò etiam nomina debitorum, quę non tradũtur, ſed ceduntur; non præſũmuntur in dotem dari. Guid. Pap. de pręſumpt. num. 36. uide omnino.

Dolus pręſumitur a lege eo ipſo, quòd quis habet res ſuas ſaluas, & amiſit alienas. l. quod Nerua. ff. depoſiti. idem ſi in loco tutiori ponere potuit. l. vtique. ff. de damno infecto.

Dignus quis pręſumitur, niſi probetur indignus. l. ſeruus. ff. de manu teſtam.

Debitor pręſumitur liberatus, q̃ habet penes ſe inſtrumentum inciſum. l. qui chirographum, ff. de probatio. Bartol. de præſump. col. 2.

Dotem dans pręſumitur ſibi uelle proſpicere, ut ſibi reſtituatur, etiam in illum caſum, qui non fuit expreſſus, niſi contrarium probetur per mulierem. l. ſi extraneus, ff. de condi. cauſa da. & cau. non ſecu. Barto. de pręſump. col. 2.

Dotem ſibi reddi mulierem pręſumi ſtipulatam ubi extraneus dederat pro ea, niſi appareat extraneum ſtipulatum fuiſſe. C. de rei uxo. actio. l. 1 ff. ſolu. matri. l. quoties.

Dolus præſumitur ex aſſertione, quam quis facit, quæ non eſt uera l. ſi quis infirmauerit, ff. de dolo. item præſumitur dolus ex omiſsione illius actus, qui fieri debet & non fit. l. ſi procurator. §. dolo. ff. mandati. itẽ pſumitur dolus ſi fiat actus de p ſe prohibitus, niſi pbetur cõtra l. 1. l. ſi non conuitij. C. de iniuriis. item præſumitur dolus & fraus ex frequẽtia actuũ illicitorum. l. inciuile, C. de ſeruis fugiti. itẽm præſumitur dolus, ſi quis intricat peculiũ, uel rationem quàm reddere debet, uel ſi transferat in aliũ id, de quo ſuſpicabatur cõtra eum agi. Bar. in l. in ſumma. cũ prin. ff. de pecul. item præſumitur dolus ratione uicinitatis actuum, & ex multis ſimul iunctis dolus præſumitur, ſecundum gl. in l. dolus. C. de reſcind. uendit. & ex omiſsione eius, quod quis facere debebat dolus præſumitur, & qualiter præſumitur dolus. Hoſt. de iureiuran. §. quomodo, uer. Papa autem, item contra aliquem præſumitur ex eo, quòd facere conſueuit. Gui. Pap. de pręſump. nu. 50. uide omnino.

Diuiſio inter fratres pręſumitur ſi ſeparatim bona paterna tenent per x. annos. glo. in l. ſi minor, C. communi diui.

Dona-

Donatio omnium bonorum pręſentium & futurorum nihil retento, ualet, quia pręſumptio eſt, quòd lucretur & acquirat. argum. C. arbi. tutelæ. l. ſi defunctus, & ſic præſumptio eſt, quòd fuerit ſolutũ pro lucro.

De diſpenſatione ſuper iuramento fienda ratione doli, uel metus præſumpti, & de eorũ pręſumpta probatione. Gui. Pap. de præſump. num. 66.

Diuiſio pręſumitur facta de re cõmuni, quando quilibet partẽ ſuam poſſidet onus & commodum ſuſtinendo & percipiendo, ut no. per Paleo. tit. de rei uendi. quæ de conſuetudine approbatur, ibi. Sic debet intelligi, quòd ſi quilibet fundũ poſſideat &c.

Donatio inter coniuges nunquã pręſumitur in dubio, imò ſtatur inſtrumento cuiuslibet cõtractus initi inter eos, donec probetur donatio. per l. quòd autẽ, §. ſi maritus, ff. de don. inter uir. & uxor. & gloſ. in l. autẽ ff. eo. & per Bar. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matr.

Dicens onus probandi habet, niſi pręſumptio faciat pro eo, idẽ in negante. Bart. in l. in illa. ff. de uerbo. oblig.

Damnum datum in agris præſumitur datũ a uicinis. no. Bart. in l. ſi i 2. §. mulieres. ff. de fundo inſtruc. lega.

Diſſigillans ſaccum præſumitur pecunias ibi repoſitas ſubtraxiſſe, ſecundum Innocen. in c. ſuper de eo, qui mi. in poſſ. cauſa rei ſeruan. adeo quòd contra eum iuratur iuxta formã. l. ſi quando, C. unde ui.

Donatio ſi fiat per extraneum filiofamilias, & in ipſa donatione nẽ fiat mentio de patria poteſtate, donatio ipſa cenſetur & præſumitur fuiſſe facta contẽplatione patris. Bart. in l. cum aliquis, C. de iure delibe. Gui. Pap. de præſump. nu. 109. ubi & alia.

Decretum in inſinuatione donationis appoſitum facit præſumi ipſam inſinuationem fuiſſe ſolemniter factam. ita dicit gl. in l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. & l. Imperatores. ff. de priuile. credito. & eſt ſpeciale fauore decreti, quòd omnes ſolemnitates etiam extrinſecę præſumũtur, interueniſſe in actu, ſecundum Angel. de Peru. in d. l. Imperatores.

Si iudex interponeret decretum in donatione, an pręſumatur facta inſinuatio, ubi de inſinuatione aliter non apparet. Reſpon. Bal. in conſ. in Chriſti nomine amen. ubi dicit, quòd ſi cauſę fuerint expoſitę coram iudice nominatim, uidelicet, quia pars iudici dicit, quòd donabat & donare intẽdebat. ita quòd iudici, quid agatur, & quid contrahatur innoteſcat.

ſcat.tūc per appoſitionem decreti dicitur inſinuatio donationis facta. C. de prediis curia.l.1.Gui.Pap. de præſumpt. nume.12.

In dubio præſumitur uerberationem proceſſiſſe ad defenſionem potius q̃ ad ultionē probatur in l.ſi ex plagis.§.ſi tabernarius.ff.ad leg.aquil.& ibi glo. Et hoc in actibus & uerberationibus pcedentibus uno contextu, quia præſumitur in dubio defenſionis gratia præceſſiſſe uerberationē potius q̃ ultionis: & uerberatum fuiſſe aggreſſum alium: ſecundum Iaco. cuius opinionem ſequitur Alberic.in l.1.C. unde ui.

Præſumitur pro declaratore.Specula.de empt.& uendi.§.nunc uidendum.§.hoc quoque.

Præſumitur pro decreto iudicis & pro aliis, quæ non requirūt figuram iudicii. Bal.in Specula.de ap.16.col.Alex. in l.ſciendum 7.col.de uerb.ob. Firma. uer. Decretum.

Defendere factū ſuum quis uelle præſumitur. Inno.in c.diuerſis.de cleri.cōiuga. paulo poſt medium.

Dominus quis pręſumitur in pręſenti ex pręterito. Specula. de loca.§.6.uer.66 circa med.

Donatio pręſumitur ratione proximitatis l.cenſualis. C. de dona.& de cap.l.liber captus. Alciat.pręſumptio.regu. prima, præſumptio.33. uide omnino.

Donatio præſumitur facta quòd fuerit ante matrimonium, nō facta tempore matrimonii.l. ſi res æſtimata.ff. de iure dotium.

Dignus pręſumitur niſi probetur indignus l.ſeruus.ff.de manu.te. Grybaldus plene Axiomate iſto, litera B. Bonus uidē omnino.

Diuiſio inter fratres præſumitur, quando ſtant ſeparatim: Videlicet unus ab altero per annos decem inter præſentes & uiginti inter abſentes, ut not. glo. in l.pen. C. communi diui.

Donata uxori per cōſanguineos mariti, præſumuntur donata contemplatione ipſius mariti, & ideo illi acquiruntur. Alcia. de præſumptio. regu.11. præſump.18.

Defenſionem non omiſſuri præſumuntur conſanguinei.Ibi. Alciat. præſumptio. regu.1.præſump.12.

Dominus qui fuit, etiam de præſenti præſumitur dominus Alciat. regula ſecunda, præſumptio.20.

Diues olim præſumitur etiā hodie diues, quia non præſumitur amiſiſſe dominium rerum ſuarum. Alcia. de præſump. regu.2.pręſump.27.

Damnificari ille præſumitur, qui ex uno contractu compelleretur agere cum pluribus, Alcia.

.cia.de præſumpt.regu.2.præſump.33.

Decretum præſumitur, quòd ex iuſta cauſa & uera cauſa, & ſolenniter fuerit interpoſitum. Alcia.de pręſump.regu. 3.pręſumptio.

Dei memoriam habentes pręſumuntur ad tutelas,& curas nō libenter accedere. Alciat.de præſumpt.regu.3.præſum.18.

Diſpoſitio quælibet uera pręſumitur.Alcia.de præſump.regula 3.pręſump.21.

Dolum non committere præſumitur, qui fraudem excludit. Alciat. de pręſumptio.regu.3. pręſump.28.

Delinquens non pręſumitur delinquere ſub ſpe immunitatis eccleſiæ, & propterea admitti tur per eccleſiam.Alcia. de p̄ſump.reg.3.pręſump.33.

Diligens homo pręſumitur, quę habet,ex ſuis operibus habere C.arbi.tute.l.ſi defunctus. uide quod no.Archi.12.q.1.manifeſta.

Dominus pręſumitur, qui utitur re ut dominus. no.ff.de condi. inſtit.l. quædam,ad quod facit l.Titia.ff.ſolu.mat.

Decretalis pręſumitur ex quo in uenitur inter alias decretales. no.19.diſt.in prin.

Dotata pręſumitur mulier coniugata, l.vltima.C.ad Velleia. uide pro ueritate Luc.de Pen. in l.quicunque. C. de apochis pub.lib.10. pręſump. 65.

Præſumitur, quòd mulier nō poſſit nubere ſiue dote l.fi.§ 1.in fi.§ ff quę in frau.credito.& de do.ex.l.apud.§.ſi mulier.& §.ſequenti.

Et pręſumitur uir poſt acceptionem uxoris ipſam repellere, ſi uiderit indotatā. Dotis enim datio eſt de ſolennitate matrimonii.Indigniſſimumq́ue eſt, ut posſit conſiſtere matrimonium ſine dote,immo qui ſine dote uxorem ducit, peccare cenſetur 3.q.3.Conſanguineorum.Luc.de Penna in d.l. quicunque. C.de apochis pub.lib. 10.pręſump.67.

Donare pręſumitur, qui res ſuas defendit eidem.in auth. ut eccle.ro. ca.ante in medio.ad qđ no.ff.de acqui.poſſ.l. permiſceri.§.1.

Debitor p̄ſumitur liberatus oſtēdens inſtrumentum debiti cācellatum.l. ſi chyrographum. ff.de proba. ceſſat hęc pręſumptio ob familiaritatem debitoris l.1.§.ſed ne furandi. de lati.liberta.tollen.

Donatio p̄ſumitur in multis caſibus no.ff.manda.l.ſi uero.§.in de Papinia..

Damnum ineſſe pręſumitur illi, qui cum uno contraxit, ſi in plures aduerſarios diſtinguatur.l.&ancillarum. ff. de pec. §.ultimo.

Auus dotans neptem præſumitur

tur illam filij ſui contemplatione dotare. ff. de colla.bono. l.dotem, aliàs lex dedit.

Præſumitur libentius inſtruere, & docere profeſſor, & magiſter, cui ſalaria exhibentur. C. de profeſſo. & medi.li.10.in fi.

Donarī præſumitur ſi affectione paterna motus in pupillum aliquid erogauit l.1.in fi.C.de nego.geſt.

Donare uelle præſumitur ſolus affinis affini, quòd dic, ut not. in l. ſi ſeruus communis, ff. de dona. inter uirum & uxor.

Donare uir uxori præſumitur cō cedens aliquid ad luendum ornamentū uxoris pignori obligatum.l.uxori.§.fi. ff.de dona. inter uir.& uxo.

Dos præſumitur filiò data penes quem eſt peculium.ff.ſolu.ma. l ſi cum dotem.§.planè.

Doctor antiquior præſumitur melius noſſe ueritatem, quàm ipſe iuuenis 76. diſt.ieiunium, 16.q.1.ſic uiue.& ibi de hoc no. & uide Luc.de Penna in l. 1. C. de conſulibus.lib.10.

Donare uelle præſumitur, qui ſcienter ędificauit in ſolo alieno.l.domum.C.de rei uend.de ædifi.priua.l.ſi is,& inſt. de rerum diuiſio.§.e diuerſo.

Dominium præſumitur ex poſſeſsione de pręſenti. Bertran. in conſi.65. nu.1. in tertio vol. lib.primo.

Pręſumitur quis ſemper debuiſſe durare, ſi plus uixiſſet in eo ſtatu, in quo moritur. Caſt.in l. ambiguitatem, nume. 6. C.de uſufruct.

Diues, uel idoneus facultatibus quis non pręſumitur, niſi probetur.l.non eſt neceſſe. ff.de pba.uide quod no. Archid.6.q. 5. accuſator. Luc. de Penna in l.vlt.C.qui nu. li.lib.10.

Dixiſſe quis nō pręſumitur, quod mente non cogitauit. l.3. ff.de ſuppell.lega.

Donare quis non præſumitur, uel pecunias ſuas iactare. l. cum de indebito. ff. de probat. niſi in caſibus no.ff.manda.l. ſi uero non remu. §. idem Papinia. & ad Velleia. l. ſed & ſi ego. in fi.Luc.de Penna in l. quicunq; C.de apochis pub. lib.10.

Donatio in dubio non præſumitur, niſi quando rei traditio fit ab eo, qui donare pręſumitur. §.ſi minus.inſti.de actio.

Dolum non præſumitur committere, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. Titio.cum concor. ff.de leg. 2. item qui errat in iure.l.ſed ſi lege.§.ſcire in fi. ff.de peti.hæred. & no.in auth. de ritu nup.§.1.

Dolus non præſumitur in modicare committi. l. ſi oleū. ff.de dolo.ad fi. ut nō. de crimi.fal. cap.penul.

Dolus non præſumitur in certis perſonis, quæ dolum agere nō pſumūtur l.nō dēt. ff. de dolo.

Dominus nō præſumitur ad eas ſpecies pecuniæ ſoluendas ꝑpoſuiſſe, quæ ſolui non debuerant. l. ſi is cum, ad fi. ff. de ſolu. cum concor.

Dolium non præſumitur ſignatum ab emptore ſibi traditū. l. 1. §. ſi dolium. ff. de peticu. & commo. rei uendi.

Derelicta, pro derelicta an præſumatur res, quæ proiicitur, uel a qua poſsidens recedit. uide l. ſi finita. §. ſi quis metu. ff. de damno infec. l. qui leuandæ. ff. ad l. Rho. de iac. & inſtit. de rerum diui. §. vlti.

Deſcriptus in cataſtro æſtimi, in quo apparet de poſſeſsione mea tali, non præſumitur, ꝙ in ea habeam dominium. Bar. in l. ſi quis in ſuo. in fi. princ. ff. de acquir. poſſ. de quo Aret. in §. ſic itaque, num. 7. inſtitut. de actionibus.

Domeſticus præſumitur furari, quod in domo ſubtrahitur. 2. q. 7. ſæpe contigit.

Damnum datum præſumitur a uicinis. uide l. ſi ita. §. ult. ff. de fundo inſtruc. cum ſimi. ut per Luc. de Penna in l. quemadmodum, præſum. 70. C. de agricc. & cenſi. lib. 11.

Defendere ſe ex circunuentione præſumitur, qui ſe defendit ex tempore, in auth. de iis, qui ingre. ad appellan. §. uolumus.

Delictum fateri præſumitur, qui paciſcitur. l. quoniam. ff. de iis, qui no. infam.

Dominus horreorum in culpa p̄ſumitur, ſi aſportatæ ſunt res eis illæſis. l. dominus. ff. loca.

Detrahēs facultates ſuas ad hoc mole debitorum præſumitur. l. ſi quis C. de reſcind. uendi. uel neceſsitate rei familiaris procedere l. 1. C. de procura.

Debitor ſoluens præſumitur pro ſe potius quàm pro alio ſoluere. l. cum ex pluribus, uer. poſt hunc. ff. de ſolu.

Donatio facta a ſponſo ſponſæ præſumitur contemplatione matrimonij potius, quàm mera liberalitate fieri, no. C. de dona. ante nup l. cum ueterū.

Domicilium præſumitur habere, qui in alio loco ſtat per x. annos. l. 1. C. de incolis. l. x. ex quibus cauſis præſumatur mutatio domicilij. Bal. conſil. 393. in 1. num. 2. Pariſius conſi. 12. nu. 12. in 3. volum.

Defenſionem pupilli cognati & affines non omittere præſumūtur. ff. de ex qui. cau. in poſſ. eatur. §. 1. l. hæc autem.

Dari præſumitur, qui iubet dari de ſuo, ſeu quod in eius eſt adminiſtratione id iubere dari. l. non uidebitur. ff. de ſtatulibe. & l. ſtichum. §. ſi hæres, & l. ſi x.

Dilectio maior eſſe præſumitur, ubi plus donatur, de pę. diſtin. 3. ſepties, in fin. & econtra ei plus donari, qui plus diligitur. ff. de legatis primo. l. ſi ſeruus plu-

plurium. §. vltimo.

Data dilatione ad ſoluendum ta citè conueniſſe præſumitur, quòd interim pignus non uen datur.l.4.ff.de diſtrac. pignor.

Donatio præſumitur in ſcienter ſoluente indebitum.Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi quis falſo, nu. 2.ff.de condi.indebi.uerum ut excludatur iſthęc prę ſumptio, ſufficit alia quælibet præſumptio, etiam ſi capiendo illam actus foret inualidus & ineffica x.Iaſ.in l.prima. §. denique, numero 14. ff. ad Trebellian. & quando poteſt capi alia prę ſumptio quàm donationis nō præſumitur donandi animus l.ſi fundum per fideicommiſſum . vbi Iaſ.num. 19. ff.de leg. 1.& l.domos, §.ſumptus, num. 3.eod.titu.

Diuiſionis prohibitio præſumitur facta fauore filiorum.Bald. conſilio 144. in tertia parte in nouis.

Dolus præſumitur, ubicunq; eſt enormis læſio.Bal. conſi.55. in 3.parte,nume.6.

Decretum iudicis facit præſumi omnia ritè acta. Bald.conſilio 66.in 3.parte,num 4 limita.ut per Ruin. conſil.95. num.7. in quinto volum. & conſi.14.numero 18. volum. primo, & in conſilio 99. numero quarto, volum.4.

Donatio propter nuptias æquali quantitate dotis non præſumitur tradita uxori a marito. Bald. in conſil.223.in 4.parte, num. 1.

Doli præſumptionem uolens excludere alleget & probet iuſtam cauſam.Bal. conſil.34.in 5.parte nu.7.

Dolus in maleficiis quando præſumatur,uel non præſumatur. Bald. in conſi.157. in 5. parte, nume. 1.Riminal. in conſi.309. num.23.

Donare quis non pręſumitur ſuum, ſed potius lapſus errore ſoluiſſe. Bald.in conſil. 120. num. 1. in 5.

Donatio præſumitur , quando non apparet de aliqua cauſa. Bald. in conſil. 378.numero 7. in 5.

Dominus, uel poſſeſſor nemo pſumitur.Bald conſi. 79. in numero 4.

Decreta & conſenſus pręſumuntur interueniſſe & omnia ſolēniter acta.Bald.conſi.225.in 1. nume.3.& conſi.377.in primo nume 1.

Diuiſio an ex tempore cum poſſeſſione pręſumatur.Bal. conſi.396.num.4. in 1.& ſi ſteterāt per 10.ſeparati.Bal.conſi.418. nu.4.in j.

Dominus an præſumatur ex poſſeſſione.Bal.conſ.486.n.4.in j.

Donatio non pręſumitur in dubio in his, quę ſunt magni prę iudicii.Bal conſi. 102.nume.3. in ſecundo.

Dolus prẹſumitur in omni inuaſore & turbatore, nec titulus excuſat, niſi habeat poſſeſſionem. Bal.conſi.119.nume.4.in 2.parte.

Vbi decretum inuenitur appoſitum, an omnia prẹſumantur ſolenniter acta? Bal.conſ.184.num.2.in 2.Rimi.conſi.149.nu.5.& 7.

Debitum an prẹſumatur naturale? Bald.conſil.236.nume.2.in quinto.

De ui turbatiua & impulſiua, & an requiratur dolus, & quis prẹſumatur in dolo? Bal.conſi.82.nu.1.in 5.

Dos an præſumatur conſtituta. Bald.conſil.185.nume.primo, in 5.parte.

Delicti iteratio non præſumitur, niſi probetur. Bal.conſi.278.in 4.nu.2. Et in dubio præſumere debemus, ꝙ non fuerit delictum. Alexand.conſi.15.nu.7.in tertio.

Dicere nemo præſumitur, niſi quod mente cogitat. Corne.conſi.116.litera E.in 3.uol.

Debiti uel delictorum pluralitas an prẹſumatur, uel ſit probanda. Corne.conſi.233.litera D.in 3.uol.

Prẹſumptio dicitur facere probationem in his, quẹ ſunt difficilis probationis. Cur.Sen.conſi.55.nu.25.

Dolus præſumitur propter nimias cautelas & inſolitas clauſulas, quẹ potius cauillationes dici debent. Cur.Iun.conſ.178.nu.15.parte 2.

Doli præſumptio in eo ceſſare dicitur, qui ex præſumpto dolo nullum probatur emolumentum habuiſſe. Alexãdrinus cõſi.15.nu.3.

Doli & fraudis præſumptio poteſt induci per legem ciuilem. Rui.conſi.103.nu.4.& 8.vol.4.

Præſumptio magis eſt pro diſpoſitione, quæ in alterius diſpoſitionis præiudicium non tẽdit, quàm quæ ad hoc tendit. Rui.conſi.12.nu.2.uol.2.

Præſumptio illa capienda eſt, per quam maius delictum euitatur. Rui.conſi.122.nu.8.uol.4.& conſi.121.nu.30.uol.4.

Donationis præſumptio ceſſat, ubi alia coniectura locum habere poteſt. Rui.conſi.171.nu.7.uol.1.

Decretum ſuperioris facit præſumi ſolẽnitates, qñ interponitur in actu, uel poſt. ſecus, ſi p̃cedit. Ruin.conſi.86.nu.6.in 1.uol. Pariſius conſil.12.nu.12.in 2, Rolandus conſi.90.nu.42.in 1.& conſi.99.nu.25.

Dominum nõ eſſe duriorem præſumitur. Pariſius conſi.27.nu.89.& 90.

Præſumptio non eſt, quòd quis delinquere uelit, & ſua ac domini ſui iactare. Gratus reſpõſo 1.nu.45.uol.1.

Præſumptio per quam excluditur

tur

tur delictum tollit aliam per quam delictum induceretur. Gratus reſpon.42.nume.14. uolum.1.& reſpon.43.num.42. in ſecundo.

Diſſenſus præſumptio reſultat propter reuerentiam, quam habere dēt uxor marito. Gratus reſpon.54.nume.45. in 1. uolum.

Donationis præſumptionem inducit abſque dubio præſumptio remunerationis propter reciprocam donationem cum conſanguinitate. Gratus reſpon.94.nu.20.uol.1.& reſpō. 94.nu.18 uol.1.

Prǫſumitur pro Doctore, qui allegat conſuetudinem. Gratus reſpon.4.nu.30.uol.1.

Præſumptio quælibet,& cauſa ēt leuis excludit dolum. Gratus reſpon.30.nu 11.uol.2.

Diligentem eſſe in facto ſuo quēlibet eſt præſumptio. Gratus reſpon.70.nu.24.

Doli p̄ſumptio opponitur. ſ. ſubornationis, maiori petenti p̄ductionem teſtium poſt didicita teſtificata. Rimi.conſi.404. num.16.

Dacia fraudandi prǫſumptio ſurgit contra non ſeruātem iter & nauigium conſuetum. Rim. conſi.33.nu.44. limi. ubi fuerit metu hoſtium, uel alio impetu ibi.nu.45.

Donationis prǫſumptio eſt, ſi maritus emat fundum pro uxore & precium quod ſoluit, cōfeſſus ſit eſſe uxoris. Rimin.conſi. 198.nu.17

Præſumptio nō fit, quòd quis delinquenti præſtitit dolum. Rimi.conſi.13.nu.26.

Præſumptio eſt aliquando cōtra famulos & uicinos de damno dato,& furto commiſſo. Rimi. conſi.391.nu.27.

Præſumitur pro eo, quod delictū excuſat. Brunus conſ.27.nu.8. Crottus conſ.131.nu.12.

Pro iuſtitia decreti prǫſumitur, ſed non pro ſolemnitate. Neuiza.conſi.85.nu.39.

Præſumitur in dubio pro eo, qui delictum excuſat. Caſſane.cōſ. 58.nu.25.

Præſumitur quis ſcire, quæ domi ſuæ gerantur l. de tutela.C.de in integr.reſti.mino. iuxta illud Gellij. Aedibus in noſtris, quæ recta, aut praua gerantur. Do.m.Alcia.conſi.13.n.16. & ſeq.lib.2.Tomo j.

Deceſiſſe ſine liberis quiſque p̄ſumitur, niſi contrarium probetur. Capiccius deciſ. Neap. 159.nu.11.

Duæ præſumptiones quando cōcurrunt, quarum una eſt excluſiua delicti, alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua. Grāma.deciſio.Neapo.18.nu.5.

Dotatio conueniens præſumitur quam facit pater filiæ. Grammaticus deciſio. Neapoli. 57. num.38.

Præ-

Præſumptio delicti ex bonæ famę probatione, & conditione, ac uitę probatæ, & pacificæ re probatur. Petr. Calepha. inter conſi. crimi. conſi. 108. nu. 9. uide Tiraquel. de pęnis, cauſa 15 num. 2.

Delicto perpetrato præſumitur contra delinquentem. Emilia. conſi. 52. nu. 5.

Donatio quando pręſumatur. Alcia. conſi. 71. lib. 5. nu. 4. & quãdo non præſumatur num. 11. & nemo præſumitur donationẽ facere immoderatam. Alciat. conſi. 1. nu. 15. in lib. 8. & uide p eundem. conſi. 1. lib. 1. ubi quãdo pręſumatur, uel non pręſumatur donatio. uide omnino.

Donatoris præſumpta eſt mens, ut donet ipſi donatario, nõ autem hæredibus, niſi quatenus iam donatarius acceptauerit. Alcia. conſi. 120. nu. 19. lib. 8.

Dolus, uel ſtultus quis potius pręſumitur quàm donator. Marti. conſi. 59. nu. 11.

Præſumitur pro decreto iudicis interpoſito, quo ad ipſos contrahentes, non quoad tertiũ. Marti. conſi. 5. nu. 16. uide Rolã. conſi. 90, nume. 42. & conſi. 99. nume. 11. & 33. nume. 15 & cõſi. 99 nu. 27. & contrarium poteſt probari. Roland. conſi. 99. nume. 29. & conſi. 90. nu. 43.

Pręſumptio ſufficit deducta, & nõ probata. Cepha. conſil. 76. nume. 33. in 1.

Pręſumptio diuturnitatis temporis quando ceſſet. Ceph. cõſi. 171. nu. 6. in 2.

Doli pręſumptio ceſſat adhibitis omnibus ſolemnitatibus. Cephalus conſi. 261. nu. 7.

Pręſumptio ſubductionis adeſt ex immenſa donatione, uel in factis immoderatis, licet iuratum ſit. & maxime poſitis in iuuenili ætate, uel mulieribus. Crottus conſ. 120. nu. 30.

Præſumptio eſt magis pro diuitibus quàm pro pauperibus. Rolan. conſi. 19. nume. 28. in 1. Gribaldus Axiomate iſto tier. diues, diuitiæ. ubi etiam dicit, ꝙ diues ſemel, ſemper præſumitur diues l. ex perſona. ff. de probatio.

Dominus ſemel ſemper pręſumitur dominus l. ſiue poſſidetis. C. de probatio.

Præſumptio excluſiua doli mali ex conditione mercatoris accipitur. Stracha de mercatura parte 2. nu. 15.

Præſumptio, quæ eſt contra decoctores eos ad euidentiorem rerum demonſtrationem artat. non autem eſt iuris & de iure. Stracha in tracta. de decoctoribus, num. 7. & de præſumptione hac iuris & de iure. no. uide per Fely. in c. quanto, col. 2. de præſumptionibus ubi cur ſic dicta.

Pręſumitur in dolo, qui contra iura mercatur. niſi ſit ruſticus

Ripa.de peſte.nu.209.

Præſumitur quilibet perſeuerare in propoſito,nec quiſquã præſumitur dixiſſe, quod prius fa cere non præpoſuerit.Ripa de peſte.nu.323.

Preſumitur in dubio quẽ deceſſiſſe ſine liberis.Bellonus conſi.19.nu.3.

Preſumi ur factum ad defenſionem,ſi incontinenti fiat. Petr. Calepha.inter conſi.crimi.cõſi.88.nu.22.& conſi.90.nu.5.in 1.uolum.

Præſumptiones, quæ faciunt ceſſare dolum in homicidio, quę ſint? tradit Boſſius in tit.de inquiſitione.nu.114.

Præſumptiones an ſufficiant in his,quæ ſunt difficilis probanis,quãdo agitur ciuiliter. Boſſius titulo de partu ſuppoſito. nu.13.& 14.

Dolus, quando præſumatur in reo.Regula crimi. 83. nu. 9.

Delicta pręſumi non creduntur, Regu.crim.118.nu.3.& reg.69. nu.5.& 6.

Præſumitur non defenſionis cauſa peccatum.Regul.crimi.77. num.22.

Dolus pręſumitur ineſſe omni actui illicito & iniurioſo.Regula criminali 112.nu. 1.& reg.ſequen.nu.1.

Preſumitur quis delicto adfuiſſe caſu potius, quàm dolo. Reg. crimi.num.108.nume.1.4.& 5. Niſi &c.

Præſumitur delictum, deliberatione pręcedente,& quę. Regula crimi 107.nu.6.& 7.

Præſumitur diuiſio facta inter ſocios ex eo, quòd longo tẽpore. ſ. decennii retinuerunt & poſſederunt bona pro diuiſo.Millius in reperto.

Præſumi an debeat mulierem dediſſe uiro ſuo bona in dotem ex eo,quòd lõgo tempore paſſa ſit uirum illa administrare, ut dotalia & fructus annuatim conuertere in oneribus matrimonii. Millius in repertorio.

Debitor præſumitur per ſolutionem libertus, ſi habet penes ſe inſtrumentum obligationis incíſum, niſi ſit perſona domeſtica creditoris, quæ potuiſſet inſtrumentum ſurripere. Millius in reperto.

Damnum probatum facit preſumi fraudem,quæ aliàs nõ præſumeretur.Bartol.l.ſi tutor.C. de interdi.matri.inter tuto.& pupillam.

Damnum pręſumitur a uicino datum,ſicut & furtum. Bar.in l.ſi ita.ff de fundo inſtruc. quod eſt uerum,niſi uicinus ſit bonę famæ.ſecundum Bald. no.in l. prima.ad fi.C.loca.

Debitor ſoluere recuſans ad interpellationem creditoris, ſi poſtea ſpõte uelit ſoluere, præſumitur ſuſpectus, quòd uelit ſoluere pecuniam reprobam.

l.ſi

Detentator præſumitur poſſeſſor. Firma. in reperto. uer. iſto.

Diuturnitas temporis facit prę-ſumi conſenſum. Niſi agatur de graui præiudicio. plura uide congeſta per Firma. in uer. iſto. diuturnitas. uide omnino pagi. 278. facia 2. col. 1.

Diues præſumitur ignorare uerum precium bonorum ſuorū Bal. in l. 2. 6. q. C. de reſcin. uenditio.

Diues non præſumitur, niſi probetur l. fi. ff. de libe. agno. Firma. in reperto.

Diues non præſumitur ex præterito in pręſenti. Bar. in l. in confirmando. in prin. ff. de confir. tuto.

Diuitiæ faciunt præſumi pro diuite potius quàm pro paupere. Firma. in reperto.

Diuiſio præſumptiuè probatur. & diuiſio inter fratres præſumitur, ſi unus diu poſſedit altero ſciente & patiente. Item ſi ambo diu poſſederūt ꝓ diuiſo, ſi partes. ſ. poſſeſſæ diu pro diuiſis ſunt æquales, alias non. Firma. in reperto. uer. diuiſio. & diuiſio ritè facta præſumitur ex poſſeſſione diutina pro diuiſo. Bald. in conſilio diuiſio facta. & per glo. in l. pen. C. cōmuni diui.

Doctor præſumitur, qui diu fuit habitus, & reputatus pro doctore. Bal. in l. etiam. C. de appellatio.

Dolus pręſumptus quomodo differat, & quomodo cognoſcatur. Firma. in reperto.

Dolus præſumptus & lata culpa quomodo differāt. Firma u bi ſupra.

Dolus in præceptore non præſumitur. Bal. in l. teſtium, pen. colum. C. de teſtibus. per l. item quæritur. §. Iulia ff. locat. Item dolus pręſumitur ex uiolentia Item præſumitur in teſtibus. Item dolus pręſumitur in reddente ual. ſiam disſigillatam, quæ fuit poſita ſigillata. Item non præſumitur dolus regulariter. Itē dolus pręſumitur in eo, qui deſiit posſidere, niſi ꝓbet, ꝙ ſine dolo deſiit. Item dolus pręcedens pręſumitur perſeuerare etiam, quando non eſt coniunctus. Item dolus pręſumitur, ubi apparet lęſio enormis. Item dolus in arbitratore non p̄ſumitur, niſi ex qualitate facti aliter præſumi poſſit, &. quia in magna quantitate grauauerit partem. Firma. ibid. Item dolus pręſumitur propter clandeſtinitatem, & in factis occultis. Item dolus ex perſpicuis indiciis, & enormi lęſione præſumitur, & probatur. Item dolus præſumitur in poſſeſſore, qui deſiit posſidere poſt datum libellū, uel poſtquam actor dixit ſe daturum. Item dolus pręſumitur in eo, qui loquitur id, quod

moueat, nel mouere debet ne riſimiliter animum uulgi. Itē dolus præſumitur in abſente, qui tenetur aliquid facere & abeſt. Item in citato perſonaliter poſtea ſe abſentante. Itē in debitore obligato ad ſoluēdum certo loco & tempore, ſi ibi non ſit præſens. Item dolus præſumitur ſi inimicitia præceſſit delictum, vt incendium. Item dolus præſumitur in eo, qui non fecit id, ad quod ſcire debebat, uel ſciebat ſe teneri. Item in eo, qui dimittit ex teſtamento, & eligit uiam ſuccedendi ex ſubſtitutione. Item in eo, qui ſcit factum & facit contra ius maxime, quando agitur de acquirendo. Item dolus præſumitur in prohibitis, & in his, quę cadunt in delictū. Item dolus præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum. Item dolus præſumitur ex nimia cautela, & dolus pręſumptus infamat. Dolus autē non præſumitur in homicidio commiſſo in perſonam cōſanguinei, uel affinis, uel patris, uel amici. Item dolus præſumitur contra quemlibet occupantem, etiam uacuam poſſeſſionem, niſi incontinenti probet eſſe dominum. Item dolus, uel culpa præſumitur in delicto ex qualitate inſtrumenti percuſſorii. Item dolus præſumitur ratione qualitatis perſonæ percutientis, & ex qualitate inſtrumenti, cum quo percutit. Item dolus præſumitur ex feſtinata morte, ſi aliud non apparet. ſ. qualitas inſtrumenti percuſſorii. Item dolus præſumitur in debitore transferente poſſeſſionem ſuam in alium. Item dolus præſumitur in litor. ſ. iuſtitias, uel paruæ gratiæ, non in magna. Item dolus præſumitur in renanciationibus mulierum, ſi aſſerant ſe læſas enormiter. Item dolus præſumitur in eo, qui non edit iudice mandante. Item dolus præſumitur in adulto maiore 18. annis. Itē dolus non præſumitur ubi eſt expreſſa præſentia conſanguineorum. Item dolus non pręſumitur, ubi interuenit decretum iudicis. Item dolus præſumitur in eo, qui dicit mendacium, ſi ſentiat lucrum, non aliter. Item dolus non præſumitur ex ſola falſa aſſertione alicuius. Item dolus præſumitur in arbitro, quādo nullam probationem recepit apud acta, etiam ſi ex forma compromiſſi non arctetur ad acta conficienda, quia intelligitur de actis iudiciorum non de probatoriis. Item dolus non præſumitur in arbi. qui laudauit ex conſilio ſapientis. Item dolus præſumitur in receptatore. Et per quos actus dolus præſuma-

matur. uide nos. in l. dolus. C. de reſcin. uendit. & hæc omnia ſupradicta ponit Firmanus in uer. Dolus præſumitur. ſummatim à me commodi legentiũ congeſta gratia.

Domeſticus præſumitur ſcire de domeſtico. l. conſenſu. §. ſuper ſeruis. C de repu. & Bald. in l. quicunque 1. colum. C. de ſeruis fugiti & domeſticus præſumitur de familia. Bal. l. conſentaneum in pen. glo. C. quomodo & quando. Alex. in l. pronũciatio. §. familiæ. ff. de uerbo. ſignificatio.

Dominus præſumitur ex annua fructuum perceptione. l. litib. C. de agricolis & cenſi. lib. 11. Firma. in reperto.

Donatio præſumitur, quando fit promisſio ſine cauſa, & ſtipulatio interuenit, non ſi pactũ, uel confesſio. Bal. in l. fina. C. ſi cer. peta. in fi.

Donatio præſumitur facta contẽplatione eius, cui fit. Bal. in l. 3 C. qui ad liberta. proclama. non licet.

Donatio non præſumitur facta præſenti ex uerbis inſtrumenti præſenti & recipienti. Firm. in reperto.

Donandi animus non præſumitur in emente pro alio, ſi ementi ſit traditio. ſecus, ſi ei pro quo eſt emptum. l. ſi filii. & ibi Bar. C. de donatio. inter uirum & uxorem.

Donatio præcedens facit præſumi aliam ſubſequentem. l. id quod §. ſi cui. & ibi Bart. ff. manda. & l. ſi uero non renume. §. idem Papiuianus & ibi Barto. eodem titu.

Donatio regulariter non præſumitur l. Campanus. ff. de operis libertorum. Fallit primo, niſi fiat à conſanguineo, etiã tacitè. ſ. non petẽdo à conſanguineo per longum tempus. ſecundo niſi ſit mutua & reciproca. tertio niſi fiat pauperi nobili, uel diuiti. quarto niſi fiat de modica quãtitate. quinto, niſi diu debitum non petatur. ſexto quãdo alius titulus nõ ſubeſt 7. rõne cõſuetudinis ut in iocalibus datis ſpõſę. 8. ſi datur ſine cauſa, & ſtipulatio interuenit, non ſi pactum, uel conuẽtio, uel cõfeſsio. 9. ſi quis ſciẽter ſoluat indebitũ, quo cauſu uidetur donare, ſecus, ſi per errorem. 10. ſi mater ſtipuletur pro filiis 11. ſi accedat in dante ratio ſanguinis cum curſu decennij. 12. ſi præcedant merita condigna. 13. ſi fiat a diuite, in quo ratione diuitiarũ datio præſumitur liberalitas, ſicut ratione dignitatis & nobilitatis. 14. ſi coniunctus contrahat nomine cõiuncti, quia uidetur donare ei, pro quo cõtrahit, quòd eſt uerum, niſi ſtipuletur de mandato eius. 15. ſi mãdo uolenti donare mihi,

quòd donet tibi; quia uideor donare tibi. item ſi pater dotans ſtipuletur reſtitui dotem filiæ. Item donatio facta præſumitur, & reſultat in filium ex ſtipulatione patris ſtipulantis ſibi in uno caſu, & filio in alio caſu. Item donatio facta con ſanguineo nõ præſumitur cauſa remunerationis l. Aquilius, ff. de dona. item donatio præſumitur in eo, qui ſcienter ſoluit ex falſo teſtamento, & in eo, qui tranſigit ſcienter ſuper falſo, & in eo, qui cauſam colo ratam apponit in promiſsione. Item donatio præſumitur quando dos ab extraneo promittitur, niſi is ſibi reddi ſtipuletur. Idem ſi matrimonium non ſequatur, quia non præſumitur donatio. Item uerum, etiam ſi promittitur pro muliere incerta. Donatum an præſumatur, ſi unus frater dotat de communi filiam, uel ſororē ſuam aliis fratribus ſcientib. & patientibus. Socin. conſil. 5. colum. 4. uer. circa ſecundam. in 4. uolum. Item donatio præſumitur inter uiuos, quando patit̃ alterũ ſtipulari ſibi dotē. Item donatio non præſumitur facta præſenti, licet inſtrumentum dicat præſenti & recipienti. Item donatio in dubio non præſumitur, quando poteſt capi alius ſenſus. unde ſi tu petis a me, quòd ego donē tibi talem rem, & ego reſpondeo, & dico, non tantum iſtud, ſed quicquid tibi placet, non intelligitur quòd tibi donauerim dictam rem per dictam reſponſionem, ut no. Bald. in ca. cum ueniſſent, circa fi. de inſt. & ſequitur Fely. in cap. cum in iuramento in 2. no. de homicidio. Item donatio non præſumitur ex depoſito facto per alium pro alio. Item donatio non præſumitur ex depoſito facto per uirum pro uxore, & econtra, nec per uerba reddes Titio, uel eius nomine depono, uel Titij ſunt. Item nec ex depoſito rei meę facto nomine alterius. Item donandi animus non præſumitur in emente pro alio, ſi ementi fit traditio, ſecus ſi tradatur ei pro quo eſt facta emptio. item donatio inter coniuges præſumitur, quando maritus conſumit bona uxore ſciente & patiente, aliàs non. item donatio ſequens præſumitur ex alia præcedenti. & an in dubio præſumatur donatio inter patrē, & filium. Item donatio an præſumatur, quãdo quis emit pro alio de pecunia ſua. Item donatio an præſumatur ex pacto, quòd ſi filia moriatur ſine filiis dos reuertatur ad dotantem. Oldrad. conſi. 132. ſupradicta omnia uide per Firman. uer. iſto. in reperto. pag. 292.

Do-

Donatio in fraudem an prçſumatur, quæ fit a marito ſorori uxoris ſuæ. Firman. in repert. Item donatio in fraudem facta præſumitur, quando donans retinet continuam poſſeſsionem, quòd eſt uerum, niſi ex alia cauſa remanſerit in poſſeſsione, uidelicet ex precario. Item non præſumitur donatio fictitia, ſi donans poſſideat precario nomine donatarij. Item donatio omnium bonorum præſumitur in fraudem facta. Itē donatio in fraudem facta præſumitur ex reſeruatione uſusfructus in re donata. Item ſi fiat coniunctę perſonæ alia cauſa non ſubſiſtente. Item ſi fructus percipiat, & domino de eis non reſpōdeat, donatario.ſ. Item donatio clam & occulta prçſumitur in fraudem. Item ſi paulo poſt ſequatur delictum. Item ſi fiat ſub conditione, ſi bona donantis contigerit confiſcari. Item donatio cauſa mortis per maritum facta uxori cum traditione, licet maritus ut adminiſtrator penes ſe retineat, non præſumitur in fraudem. Item donatio per patrem filio emancipato facta non præſumitur in fraudem. Item donatio facta in fraudem præſumitur inter uiuos. Item donatio facta per prælatum ſuo ꝓmotori, uel alteri benefactori præſumitur ſimulata & ſimoniaca. Item donationis fraudulentæ præſumptio an excludatur per iuramentum donatoris. vide Firman. in repertorio, uer. iſto. Item donatio omnium bonorum non præſumitur in fraudem, eo quòd donans remanet in poſſeſsione. Rota deciſio 131. in no. Item extra Rotam. aliàs deciſ. 486.

Donatio an prçſumatur inter patrem & filium in dubio. no. ff. de dona. l. ad eum. §. j. Bald. in l. filiæ cuius, & in l. filium, quē C. famil. erciſcun.

Donatio non præſumitur ex depoſito facto per uirum pro uxore, uel e contra. l. etiam ſi ubi Bald. C. de dona. inter uir. & uxorem.

Donatio non præſumitur ex emptione uiri facta nomine uxoris, ſi non fiat traditio uxori, aliàs ſic Firman. pag. 296.

Donatio inter coniuges non præſumitur ex uerbis reddes uxori hanc rem, uel depono pro uxore, uel hæc ſunt bona uxoris. glo. ſingu. Bald. & doct. & in l. etiam ſi, C. de dona. inter uirum & uxor.

Donatio inter coniuges prçſumitur, quando maritus cōſumit bona uxoris ea ſciente & patiente, aliàs non l. de his, ubi Bartol. C. de don. inter uirum & uxorem.

Donatio inter uiuos præſumitur,

tur, quando mulier patitur alterum ſtipulari ſibi dotem ſoluto matrimonio. Firman. in repertorio.

Donatio inter uiuos pręſumitur quæ fit inter aſcendentes, & deſcendentes. Bal. in l. 2. C. de iu. do.

Donatio inter uiuos pręſumitur, quando in ea fit mentio hæredum. Bal. in l. 2. C. de iure do. Alexand. conſi. 59. in 4. parte.

Donatio pręſumitur ꝓpter merita. fuſius Firma. in repertor.

Dos an præſumatur perueniſſe tota ad patrem, uel ad filium, pro parte ad utrunque, ſi per inſtrumentum conſtet ſolutũ eſſe patri, & filio, cuius eſt uxor. Firman. in reperto. uer. dos an præſumatur.

Dos data, uel promiſſa præſumitur animo compenſandi. l. vxorem, §. pater naturalis. & ibi Bartol. ff. de leg. 3. & Caſt. conſil. 120.

Dos, quando datur a marito pręſumitur ſimulata. Firman. in repertorio.

Dotis inſtrumentum præſumitur prius quàm inſtrumẽtum fiſci. Firman. in repertor.

Dotalia non præſumuntur bona filiæ tradita pro eius ſuſtentatione. l. 3. ubi Bald. C. ne uxor pro marito.

Dotata filia non præſumitur, niſi probetur. Firman. in repert. ubi dicit, uerum ſi apparet ꝓmiſſa, alias non præſumitur indotata, maximè ſi diu ſtetit cũ uiro, qui non præſumitur duxiſſe uxorem indotatam.

Dos a matre data pręſumitur donata, & non computatur in legitimam. gl. in l. 3. §. ſed utrũ, de minorib.

Dos pręſumitur conſtituta per metum, quando matrimoniũ fuit meticuloſum. Alcia. conſ. 5. num. 43. in 1.

Dolo quid agentes nullã habent pro ſe præſumptionem. Alcia. conſi. 26. nume. 15. in 1. volum.

Decimæ in dubio ſunt eccleſiaſticæ. Alc. conſi. 32. num. 4. in 1.

Donatio non præſumitur. Alcia. conſi. 33. num. 2. in 5. & minus

Donatio pręſumitur reſpectu ſocrus quàm reſpectu uxoris, ex quo cum ſocru non eſt tanta coniunctio, & donatio pręſumpta uariè eliditur. Alciat. in conſi. 71. num. 3. & 4. lib. 5. ui de omnino Menochium de arbitrio iudicis, caſu 88. lib. 1.

Donatio non pręſumitur a muliere, quia ſexus mulierum naturaliter eſt auarus. Alc. conſ. 118. num. 2. in 5. lib.

Nemo pręſumatur quicquam debere alteri, & tamen ſolutio inducit contrariam pręſumptionem adeo, ut qui ſolutum repetit, teneatur ipſe probare quod eſſet indebitum. Alciat. conſi. 16. num. 6. lib. 6.

Diſpoſitiones eorum, qui deponunt

nunc ſecundum præſumptionem legis præualent. Alciat. in conſi. 27. num. 13. lib. 6.

Delictum præſumitur in dubio potius fauore animæ, quàm ſecus, ſecus de iure. Gribal. reg. crimin. uer. ubicunque, poſt communem opinionem, pagina 171.

Dolus non præſumitur etiam in iurante falſum, niſi allegetur. Bertran. conſi. 340. nume. 7. in 2. uolum. lib. 1.

Donare non præſumitur quis uel ſe illi, cum quo litigat, Alciat. conſi. 51. num. 7. lib. 6. allegat. l. 3. C. de repu. hære.

Dominium præſumitur ex poſſeſsione. Alciat. conſi. 54. num. 6. lib. 6.

Diuiſio & inſolutum acceptio pſumitur inter partes, ex poſſeſsione longi temporis, idest per decem annos. Alciat. conſil. 81. lib. 6.

Dolus præſumptus nunquam cẽſetur remiſſus. Alciat. conſilio 84. num. 3. lib. 6. & dolus uerus & dolus præſumptus differunt & qualiter. Alex. conſ. 103. nu. 20. in 1. uolum. & dolus præſumpens qualiter in aliquo eſſe dicatur, & an ab eo excuſari poſſit. & quæ requirantur ad hoc ut quis in dolo eſſe præſumatur. Alexan. conſi. 79. num. 1. in 3. volum.

Donationem immoderatam facere nemo præſumitur. Alcia. conſi. 1. lib. 8. num. 15.

Donatio facilius præſumitur per ſanguinis coniunctionem. Alciat. conſi. 8. num. 3. Barbat. in conſi. 12. num. 7. uol. 1.

Dilapidare quis non præſumitur uelle ſuum. Alciat. in conſi. 97. num. 3. lib. 8.

Dotem lex præſumit eſſe de bonis dotantis tantum. Alciat. in conſi. 49. lib. 9. num. 19. licet nõ præſumatur, quòd auus de ſuo dotauerit neptem diuitem, & a patre dotatam ad cuius officium hoc pertinuerit. Alciat. ibi. num. 10.

Donatoris præſumpta eſt mens, ut donet ipſi donatario, non autem hæredibus, niſi quatenus iam donatarius acceptaner t. Alciat. in conſil. 119. nu. 19. lib. vlt.

Demẽtia & fatuitas teſtatoris non præſumitur, ſed potius bona & ſana mens debet præſumi. Alexander Tertius inter cõſilia diuerſorum per Ziletum. conſi. 164. nu. 4. uol. 1.

A dolo præſumpto, nemo niſi ex iuſtisſimis & neceſſariis cauſis excuſatur. l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſt. tut. Bal. conſi. 312 in 2.

Depoſitum in dubio magis præſumitur, quia minus obligat. Mod. Par. conſi. 27. nu. 17. uide omnino.

Donari præſumuntur iocalia, quæ mittuntur à conſanguineis vi

ri uxori, & econtra. Petr. Rauen. in alphabeto. uer. iniuria. pagi. 69. col. 2. ad fi.

Damnum datum præſumitur à uicinis. Petr. Rauennas in ſuo Alphabeto. uer. uicinus.

Donatio, quæ fit uxori, præſumitur fieri in ſignum pudicitiæ. l. res uxoris. C. de dona. inter uirum & uxor.

Dominus præſumitur hodie, qui olim fuit dominus. Angel. in l. ſiue poſsidetis. in princip. C. de probatio.

Donatio non præſumitur, ubi dari poteſt aliunde coniectura. Cæpola conſi. 63. nu. 12.

Dolus manifeſtus dicitur, de quo præſumptiones ita claræ ſunt, ut iudex in claram fidem inducatur, & dolus præſumptus dicitur, quando præſumptiones non ſunt ita claræ, ſed aliqua indicia apparent. Bar. in trac. teſtimoniorum, num. 108.

Dominus nemo præſumitur, uel poſſeſſor, ubicunque hoc aſſerat, & dominii probatio eſt difficilis. Bal. conſi. 83. lib. 1.

Diuiſio an præſumatur ex tempore cum poſſeſsione. Bald. conſi. 396. in 1. parte num. 4.

Diuiſio præſumitur ex decennali poſſeſsione, quia facta relatione de patientia ad patientiam reſultat quædam permutatio, cui ineſt diuiſio. Bald. conſi. 437. num 4. in 1.

Dotare præſumitur pater in dubio de ſuo, non de patrimonio uxoris. Bal. conſi. 38. num. 3. in 2. parte, eſt tex. in l. fi. C. de dotis promiſsione.

Diuiſio præſumitur iuris errore facta, ſi quid fuit donatum, uel datum uni fratri, uel alteri. Bald. in conſilio 300. in ſecundo, nu. 4. & licet illud retinuerit frater, non nocet fratri longum ſilentium, quia in rebus, in quibus fuit error, fratres nõ habent titulum præſcriptionis longi tempori. x. vel xx. annorum, quòd probat ibi plenè Bald.

Dolus præſumitur, ubicunq; eſt enormis læſio. Bald. conſil. 55. in 3. num. 6. Caſtr. conſil. 122. num. 2. in 2. uel maxima læſio. Alex. conſi. 47. num. 20. in 1.

Dolus an & quando præſumatur in maleficiis, uel in portante, uel expendente, uel habente falſam monetam. Bald. conſil. 155. in 3.

Dotis uſuræ, acceſsiones, ſiue alimenta non petita uel petitæ, & longo tempore omiſſa petitio, præſumuntur remiſſæ. Bal. conſi. 474. in 3. uol.

Diſpoſitio ad pias cauſas non dicitur, quando conſanguineus donat, uel legat coniuncto, & dicit id ſe facere pro anima, uel cauſa pietatis, quia præſumitur, quod potius fecerit ꝓpter coniunctionem & ſanguinem. Alcia. conſi. 229. lib. 9.

Delinquere

Delinquere neminem uelle ius commune præſumit. Cæpola conſil.60.num.5.

Doctor legum præſumitur ſcire leges, & in eo non præſumitur iuris ignorantia. Bart.in conſi. 191.num.8.

Diſcretio naturalis præſumitur ineſſe cuilibet homini, alias homo non eſſet homo, ſed quædam beſtia, ut dicit glo.in authen.de Monacis, in princip. Bal.in conſi.176. nume.3. in 1. parte, uide omnino.

Doli præſumptionem excludere uolens alleget & probet iuſtã cauſam. Bald. in conſilio 34. num.7.

Donare quis non præſumitur ſuum, ſed potius lapſus errore ſoluiſſe. Bald.conſi.128. li.5.

Dos an præſumatur conſtituta. Bald.conſi.185.num.1. ubi dicit, quòd non l.mulier, ff.de iure dot.

Dominus loci quando quis præſumatur ex poſitione officialium. Caſt.in conſil.179. nu.4. in primo.

Dotes an præſumantur collatæ in communia ſocietatis. Caſt. conſi.204.in 2.num.6.

Dominium præſumitur ex poſſeſſione, quando poſſeſſio eſt de præſenti, & quomodo deducatur in iudicium. Caſt.in conſil. 334.in 2.num.2.

Dolus præſumitur ratione mendacij. Alex.conſil.41.nu. quarto, in tertio volum.

Donatio facilè præſumitur inter quos mutuus eſt amor. Alexã. conſi.63.num.14 in 4.

Debitor non præſumitur ſatisfeciſſe creditori, niſi probet l.1. C.de probatio. Alexand. conſ. 79.num.2.in 4.uol.

Dominus quis præſumitur ex poſſeſsione l.quidam in ſuo. ff.de condi. inſti. & aduocatus hoc debet allegare, alias præſumptio nihil faceret. Alexan.conſil.36.num.6.in 5.volum.

Decretum, præſumitur pro iudice, etiam in his, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis.

Decretum præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa. Alexand. conſi.80 num.8.in 5. uolu pro decreto tamen minorum non præſumitur, nec præſumitur pro decreto, in quo ſunt allegãdæ, & probandæ cauſæ iuſtæ & legitimæ. Pariſius conſi.98.num. 17.& num.21.in 1.uol.

Dominium, ubi præſumitur ex poſſeſsione, non ſufficit allegare & probare de poſſeſsione, niſi ponatur & allegetur dominium. Alexand.conſil.92. in 5.volum.num.2.

Diligentiam tantam in minore lex non præſumit. Alexand. conſi.119.num.11.in 6.uol.

Dolus non præſumitur, ſed potius iuris imperitia. Alexand. conſi.133.in 6.uolum.

Delictum potius præſumitur fa-

ctum fuiſſe in loco licito & tẽpore, quàm in alio loco uel tẽpore prohibito. Alexand.conſil.30.num. 8. & 9. in 7.volum.

Et pluralitas delictorũ & actuũ non præſumitur, ibi. num.11.

Dolus nõ præſumitur in his, quę non ſunt de genere prohibitorum. Alexand. in conſi.71. nu. 4. in 7.volum.

Delegatio non pręſumitur, niſi probetur. Alex.in conſ.71. nu. 7. in 7. vol.

Donatio non præſumitur, & debet manifeſtè probari. Decius in conſi.177. Iaſ.in conſil.160. in 4. nu. 3. ſed potius error in facto proprio pręſumitur. Cor. iun.conſi.56 in 1.

Datio in ſolutum facta cum decreto habet ꝓ ſe præſumptionem. Dec.in conſi.209.

Dolus præſumitur in tutore, ſi conuertit pecuniam pupilli in ſuam utilitatem. Socin.conſil. 166.num.10.

Dolus quando pręſumatur contra adminiſtratores. Soci.cõſ. 213.in 2.

Donatio an pręſumatur inter cõiunctas perſonas, quando aliquid plus conceditur. Socin.in conſi.25.num. 1. in 4 uol.

Donatio præſumitur facta inter uiuos, quando non appatet cõmemoratio mortis, etiã ſi fiat ab infirmo. Abb. in conſil. 41. num.4. & donatio non præſumitur etiam inter coniunctos. Corn. in conſil.111. in 2. uolu. litera X, item ex deſcriptione ęſtimi, uel ſolutione cenſus & collectarum.ibi. nu.3.

Diuiſio præſumitur facta, portiones ſeorſum poſsidendo. Cor. conſi.90. litera L, in 2. & ex longa poſſeſsione 20. annorum. Iaſ. in conſil.18. nume. 2. in 1. vol.& ex poſſeſsione ſeparata. x.annorum. Iaſ. in conſil. 171. in 4. num.2.

Dolus pręſumitur in eo, qui alienat bona reſtitutioni ſubiecta. Corneus conſi. 140. litera D. in 2. & dolus non præſumitur in dubio. Corn. in conſilio 177 litera X, in 2. & omne delictum prauè & dolosè præſumitur actum. Corne. in conſil. 205. litera M, in 2. & ex perſpicuis indiciis & ex enormi læſione præſumitur. Corn. d. conſilio 140.

Donatio in paruis magis de facili præſumitur. Corneus in cõſ. 227. litera N, in 2. ſecus in magnis, etiam inter coniunctos. Iaſ. conſi. 193. num.2. in 3.

Donatio præſumitur doloſa, quãdo eſt maioris partis bonorũ, uel omnium bonorum. Corn. in conſi. 127. litera V, in 2.

Dolus pręſumitur in eo, cui proteſtatum fuit. Corn. conſi. 205. litera B, & D, in 2. vol.

Doli pręſumptionem inducit tẽporis uicinitas. Corne. in cõſi. 245. litera M, in 2.

Dolus de facili præſumitur inter perſonas ſuſpectas. Corn. conſil. 82. litera A, in 5. & in quolibet illicito actu. Corn. conſil. 94. litera K, & in conſi. 260. litera B, in 3.

Delicta ex præſumptionibus & uiolentis coniecturis probantur. Corn. in conſi. 192. in 4. volum. litera B,

Donatio cauſa mortis, uel inter uiuos propter mentionē mortis pręſumitur. Iaſ. conſi. 5. nu. 2. in 3. & conſi. 6. eo. uolum.

Donatio pręſumitur inter ſcientem facta ex longo temporis curſu. Calcaneus in conſil. 23. num. 6. in Chriſti &c.

Dolus pręſumitur, ubi quis lęditur pro debito proprio, quia & errans non dicitur conſentire. Calcan. conſi. 25. num. 25.

Dominus quis præſumitur, etiã per poſſeſsionem recentem, alio in contrarium non probato. Calcan. conſi. 32. nume. 12.

Dolus & fraus præſumitur in argentario, qui tenet libras in locis inſolitis. Calcan. in conſil. 85. num. 13.

Dolus pręſumitur in laborante, ſi laboret poſt factam proteſtationem. Calcaneus conſilio 100. num. 3. ut ſcilicet non laboret, & uoluit laborare.

Dominus quis præſumitur ex ſola præſenti poſſeſsione, & ſufficit iſta probatio, ſi tale dominium deducatur ſtatim in iudicio & non ſolum probatur de poſſeſsione prę ſenti, ſed et de longiſsima & continua uſque in hodiernum diem. Calc. conſi. 100. num. 10. & ſeq.

Donatio & remuneratio pręſumitur facta ex pręcedenti donatione. Gozadin. in conſil. 9. num. 56.

Dolus uerus, uel præſumptus de futuro non poteſt remitti. Gozadin. in conſi. 18. num. 5. & an dolus præſumptus dicatur proprié dolus. Curtiun. in conſil. 144. num. 7. in 2. volum.

Prę ſumitur pro decreto iudicis dicentis autentico uiſo teſtamento. Gozad. conſi. 21. nu. 36.

Donatio prę ſumitur in coniunctam perſonã per illa uerba. Tolle pecuniam iſtam. Gozad. in conſi. 33. num. 4.

Donatio ex diuturnitate temporis non præſumitur inſinuata. Gozadin. in conſi. 73. num. 6.

Dolus præſumptus cenſetur remiſſus, quando teſtator reliquit totum illud, in quo tutor reperiretur debitor. Gozadi. in conſi. 93. num. 12.

Dolus parentum præſumendus uenit per inſufficientem filię dotationem, nec illi dotationi præſumenda eſt filia conſenſiſſe ſponte & uoluntarié. Gozadi. conſi. 28. num. 8.

Dolus prę ſumitur in renunciationibus mulierum, ubi enormiter leduntur. Gozadin. in

conſilio 43. numero 34.

Dolus nō probatur teſtibus, ſed præſumptiuè.Cur.Iun.in conſ. 51.nu.2.

Dolus præſumitur propter nimias cautelas & inſolitas clauſulas,quæ potius caulationes dici debent.Cur.iun. in conſil. 178.nu 15.in 2.

Dolus pręſumitur contra affirmantem aliquid pro certo ad ſui utilitatem, quando illud poſtea reperitur falſum.Ruin. conſi.29.nu.6.in 1.

Diuturnitas temporis facit præſumi poteſtatem gerētis actū. Rui.conſi 41.nu.4.in j.

Delegatio non præſumitur,quādo eſt facta ſub cōditione Rui. in conſil.68.nume.19.in primo uolum.

Decretum hēt pro ſe pręſumptionem & iudex etiam inter illos inter quos decretum interponitur.Rim. in conſi.69. nu.7.

Debitor preſumitur in dubio ſoluere pro obligatione pura & non in diem Rui.in conſi. 106. nu.7.in j.

Damnum pręſumitur datum ab inimicis locatoris & in eius iniuriam, quando in re conducta tantum illud intulerunt, etiam ſi odium proceſſerit ſine culpa locatoris. Ruinus in conſi.147.nume.2.

Ea, quę tollunt pręſumptionem donationis alimētorum in cāſibus, in quibus iure ſpeciali, eorum donatio præſumeretur illa etiam tollunt pręſumptionem donationis dotis. Ruinus conſi.171.nu.4.in 1.ubi de fratre loquitur. ubi etiā & quòd patruus dotans neptem ex fratre habentem patrem diuitē, non prēſumitur illum dotare animo donandi, ſed repetendi.Rui.in conſi.171.num.2.Et donare non prēſumitur dotās quando in libro rationum redigit, quod pro dote ſoluit. Ruin.in conſi.171. numero 11. in primo.

Donatio prēſumitur ratione affinitatis,ſi modicum ſit, quod datur.Ruin.in d.conſi.171.nu. 13. in j.

Debitum non prēſumitur idem, ſed diuerſum, ſi duo eiuſdem ſummę reperiantur inſtrumēta diuerſis temporibus facta. Rui.in conſil.176. nume.3. & ſummę prēſumuntur diuerſę, ſi reperiantur duę ſcripturę, etiam eodem tempore factę, ſed à diuerſis notariis.quando uterque contractus eſt eiuſdē ſpeciei, & ex eadem cauſa, ſecus ſi diuerſę. Idē de duobus ſententiis latis contra eundē. Idem, & in legatis in diuerſis ſcripturis, & teſtamento & codicillis. Ruin.conſi.176.nume. quarto, quinto, & ſeq. uide omnino in j.

Dos licet prēſumatur in dubio promitti à patre de proprio, ſecus

ſecus tamen ſi promittat computato omni eo, quod debet filię ex dote materna, & ex omni cauſa. quia tunc filię cōputabitur in dotem, quod ei debetur tāquam ex prędictis uerbis dicatur conſtare de animo patris. Rui. conſi. 200. n. 3. in j. uol.

Dolus & fraus in dubio non pręſumitur, quamuis alteri fiat preiudicium, quando quis diſponit de re ſua. Rui. in conſi. 213. nu. 10. in j. uol.

Dolus pręſumptus etiam de futuro, quando remitti poſſit. Rui. in conſ. 70. nu. 13. in 2.

Pro decreto non præſumitur ſi de minoris lęſione appareat. Rui. conſi. 95. nu. 7. uel ſi in inſtrumento non enuncietur, ꝙ cauſæ cognitio fuerit adhibita. ibidem numero ipſo, in 5. uolum.

Dolus non pſumitur in mendace qui nullum commodum ex tali conſequitur mendacio. Rui. conſi. 8. nu. 5 in 4.

Dominum nō eſſe duriorem pręſumi non debet. Pariſius in cōſi. 22. nume. 89. & 90. in primo uolum.

Dominium præſumēdum eſt rei fuiſſe illius contra quem executio fuit facta. Pariſius conſi. 42. nu. 43. in j. uol.

Dolus pręſumitur ex breuitate temporis. Marſil. conſilio 3. num. 14.

Doli pręſumptio eſt iuris & de iure, & contra eam non admittitur probatio. Pariſius in conſi. 49. nu. 3. & num. 53. in 1. uolum. & non præſumitur, niſi probetur. ibidem nu. 28. & eſt dolus uerus & præſumptus. ibidem nume. 30. & quando dolus non ſit uerus, ſed pręſumptus. ibi. nume. 31. & ibi plura de utroque dolo, & de differentia. Et ſtatutum præſumens dolum, qualiter intelligatur ibidem num. 33.

Datio in ſolutum, non præſumitur uſuraria, nec ſimulata propter modicitatē precii quādoque, ſed aliàs contra. Pariſius conſ. 54. nu. 8. in j. uol.

Donationem non feciſſe præſumitur pater, ſi de filiis cogitaſſet. Pariſius conſ. 73. nume. 4. Ratio autem præſumptæ uoluntatis paternæ, quòd reuocetur donatio natiuitate filiorum, quando & quo caſu procedat. ibi nu. 54.

Dolus pręſumptus a ſtatuto reſcindit liberationem, etiam factam per tranſactionem. Pariſius in conſ. 96. nu. 18. quę tranſactio ita non firmatur iuramento. ibi. nu. 19. & 21.

Domeſticis nota pręſumunt̄, quę domi geruntur. Pariſ. conſ. 119 nu. 18. in j. par.

Diſponentes non præſumuntur uoluiſſe facere actum inualidum & fruſtratorium. Pariſius conſ.

conſ. in 3. uol. nu. 136.

Debitum præſumitur durare, ſi non appareat fuiſſe ſolutum, ſeu ſatisfactum. Pariſ. conſ. 59. nu. 9. in 3.

Debitor ſuſpectus præſumitur, ſi dimiſit apothecam, quam tenebat, & exercebat. Pariſi. conſi. 99. nu. 18. in 3. ubi & alia ponit, per quę redditur ſuſpectus debitor.

Diues ſemel an præſumatur ſucceſſiuè diues. Pariſius conſil. 99. nu. 5 in 3. ubi dicit quod non. Et diuitiæ & idoneitas non probantur ex illa præſumptione, quod quis non iactat ſuum. ibid. nume. 59.

Delictū in dubio melius eſt præſumere, ut animæ conſulatur. Soci. Iunior conſi. 29. nu. 31. in 2. uolum.

Doctor pro doctore multū præſumitur. Soci. Iun. in conſil. 39. nu. 29. in 2.

Dolus ex præſumptionibus probatur, & dolus non præſumitur in impetrationibus reſcriptorum ad lites, ſecus in beneficialibus, uel gratiis. Soci. Iunior in conſi. 82. nu. 16. in 2.

Donatio ſponſę pręſumitur facta antequam fuerit ad domum uiri traducta. glo. in l. cum te. C. de donat. ante nup. Pariſius conſi. 86. nu. 14. in 3.

Donatio non præſumitur in muliere. Bert. and. in conſ. 59. nu. 8. in 2. uol. in antiquis.

Dolus pręſumitur in mercatore. qui dedit fideiuſſorem, qui in continenti arripuit fugā, nec ex tali datione fideiuſſoris liberatur. Marſil. conſi. 3. nu. 16.

Delictum factum à famulo præſumitur factum de uoluntate domini. Marſil. d. conſi. 3. num. 19. quòd maxime procedit, ubi ſubeſt aliquā præſumptio, quod fuerit factum mandante domino. Grammaticus conſil. 8. nume. 3.

Dolus non præſumitur in eo, qui faciendo actum licitum exceſſit modum. Marſil. conſil. 137. num. 24.

Debitum remittere præſumitur is, qui debitum ſibi non exigit. Ange. in conſi. 327. nu. 6.

Doli uehementem inducit præſumptionem ſolennitatis requiſitæ omiſſio in contractu minoris. Roman. conſilio 54. nume. 5.

Dolo facere non præſumitur ille, qui ſuo iure utitur. Roma con ſi. 68. nu. 8.

Dolus præſumitur ratione mendacii. Crauetta conſilio 2. numero 13.

Dolus non præſumitur, ſed probari debet indiciis perſpicuis, & alias perſpicacibus. Crauetta conſi. 8. nume. 1. Et non pręſumitur quis dolum committere in ſui odium, & damnum. ibi nume. 4. in 3. uolum. Et nō. quòd ſi dolus præſumitur à le

ge

ge & ſtatuto, non eſt neceſſe aliter d. dolum probare. Pariſ. conſi. 100. num. 68. in j. uolum. uide omnino.

Dolus & fraus præſumi non debet, quando doli, aut fraudis cauſa nulla uerifimiliter poteſt imaginari. Crauetta conſi. 8. nu. 19. in j.

Dolus præſumitur contra iudicē in iure errantem. Crauetta in conſ. 18. nu. 14. in j.

Doli præſumptio ceſſat ratione coniunctionis ſanguinis, & p̄ſumitur dolus ex nimia feſtinantia. ibi. nu. 21.

Dolus non præſumitur ex actu, ex quo commodum quis non ſenſit. ibi. nu. 21. Differentiam inter dolum præſumptum & uerum tradit poſt alios Pariſius in conſi. 49. in 1. uolum. uide omnino.

Delinquendi uoluntatis præſumptio ceſſat contra homines bonæ famę. Crauetta in conſi. 21. nu. 9 in 1. uol.

Dolus præſumptus contra eum, qui eodem inſtanti omnia fieri procurauit. Crauetta conſ. 36. in 1. nu. 5.

Dolus pręſumitur contra eum, qui aliquid facit, quod ſibi nō prodeſt & alteri nocet, licet illud faciat in re ſua propria. Crauetta conſi. 36. nume. 10. in primo.

Dominus habet pręſumptionem contra ſe, ſi tenet famulū malæ conditionis. Crauetta conſ. 36. nu. 13. in 1. uol.

Dolus præſumitur contra eum, qui id non facit, quod facere tenetur. Crauetta in conſilio 75. Item dolus præſumitur ex tarditate, quando quis diſtulit falſi accuſationem proponere. Item dolus præſumitur contra accuſatorem, qui id obiicit, quod ſibi non prodeſt, ſed alteri tantum nocet. ibi. nu. 6. 9. & 10.

Dolus non pręſumitur contra facientem id, quod cedit ad ſui damnum. Crauetta conſi. 18. in j. uol.

Diligentia in dubio pręſumitur non negligentia. Crauetta cōſi. 77. nu. 1.

Donatio non pręſumitur, ſed fatuitas potius, aut error, etiam in facto proprio. Crauetta d. conſ. 77. n. 4.

Donandi animus non præſumitur in fratre erga fratrem, niſi in alimentis. Crauetta conſ. 86 nu. 1. in 1.

Donandi animus non præſumitur in aſcendente erga deſcendentem in eo ad quod non tenetur, niſi expenſa ſit modica. Crauetta in conſi. 86. nume. 3. in primo.

Dolus pręſumitur contra eum, qui promiſſa non ſeruat, quatenus debet & poteſt. Crauet. in conſi. 100. nu. 9. in j.

Dolus præſumitur contra minorem

rem, mulierem, militem & ruſticum, quando occultè q̀d agunt. Crauetta in conſil. 115. num. 5.

Delictum probatur ex pluribus præſumptionibus, modo capitaliter non agatur. Crauetta conſi. 134. num. 39.

Dolus præſumitur contra adminiſtratorem aliquid facientẽ ad incommodum eius, cuius bona adminiſtrat. Crauetta conſi. 142. Item dolus pręſumitur contra eum qui rem alienam conſumit, & cõtra eum, qui cum iactura aliena lucrũ quærit. Item contra uitricũ, qui priuignos odio proſequi pręſumitur. Item dolus facilius præſumitur contra eum, q cõtrahit in domo alterius, & cum perſona domeſtica. Itẽ quando agitur confuſè & ſub inuolucro cauſa nõ expreſsa, cur ita fiat. Item præſumitur dolus in tutore alienante bona pupilli ſine cauſa. Item dolus arguitur contra nõ certiorantem alium de iuribus ſibi competentib. Item dolus arguitur ex lęſione enormi. item dolus arguitur ex propoſito, quando læſio eſt multum exceſsiua. Crauetta ubi ſupra, num. 17. & pluribus ſequent. in 1. uolum.

Dolus uerus grauior eſt dolo p̄ſumpto. Crauetta conſil. 146. num. 6. in 1.

Donatio pręſumitur tribus concurrentibus, imò duobus interſcientes. ideſt coniunctione ſanguinis & curſu longi tẽporis. Crauetta conſil. 159. nu. 4. item pręſumitur ratione cõiunctionis ſanguinis & dotis, quando frater ſcit filiam patris dotari de bonis communibus, & tacet, ibi. num. 4. uide omnino Alban. in conſi. 11. nu. 2. & num. 7. & nu. 8. & in conſil. 12. num. 11. ſcd cõ m

Dolus præſumitur ratione mendacij, & propter mendacium mulier & minor perdunt priuilegium. Crauetta conſil. 192. num. 13. in 1.

Dolus pręſumitur in eo, qui facit rem prohibitam. Crauetta in conſ. 193. num. 1. item præſumitur in tutore alienãte rem pupilli ſiue cauſa, ibi. nume. 2. item in eo, qui facit ſpreta denũciatione, aut ꝓhibitione ſibi facta. item in eo, qui id non facit, ad quod eſt obligatus, ibi. item in eo, qui tranſgreditur leges, & qui non ſeruat uoluntatem teſtatoris. item in eo, qui alienat bona ſubiecta reſtitutioni. ibi. nume. 5.

Donatio in dubio non pręſumitur eſſe inofficioſa re & conſilio. Aret. in conſil 47. nume. 3.

Declaratio poteſt habere locũ, ubi uerba nõ ſunt omnino clara, licet a iure aliquis intellectus talibus uerbis pręſumptiuè

ptiuè detur. Aret. in conſil. 83. num. 5.

Dolus præſumitur ex non confectione inuentarij. Fulgoſ. conſi. 24. num. 5.

Dolus ex magna læſione præſumitur in caſu quittationis, uel renunciationis bonorum paternorum præcipuè facte inter perſonas coniunctas. Rub. conſi. 12. num. 2.

Dolus præſumitur, quando aliquid fit inter perſonas contra here prohibitas, uel tempore prohibito. Gratus reſpon. 26. num. 21. in 1. uolum.

Diſſenſus præſumptio reſultat propter reuerentiam, quam debet habere uxor marito. Gratus reſpon. 54. num. 45. in 1. uolum.

Donatio præſumpta inter prohibitas perſonas, quando adeſt utrunque iuramentum, nō firmatur iuramento. Gratus reſpon. 55. num. 59. in 1.

Donatio præſumpta ualet ante matrimonium inter uirum & uxorem. Gratus reſponſ. 55. num. 60.

Dilapidatio non præſumitur. Gratus reſpon. 77. num. 5. in 1. uol.

Dolus præſumptus eſt ignorare, quod omnes intelligunt. Gratus Reſpon. 25. nume. 19. in 2. uolum.

Donatio præſumitur in fraudem ſecuto maleficio proximè. Riminald. conſil. 14 nume. 17.

Dolus præſumitur in eo, qui ſcit ſe debere facere aliquid, & nō facit, ubi poteſt. Riminal. conſil. 201. num. 28.

Donatio non præſumitur ſubſiſtēte alia præſumptione inter uirum & uxorem, ut actus magis ualeat, quàm pereat. Riminal. conſi. 216. num. 9. in 2.

Diuiſio præſumitur inter ſocios ex eo, quòd res olim communes ſeparatim poſsideant. Riminal. conſi. 300. num. 63. in 2.

Diuiſio præſumitur ex diuturnitate temporis. Riminal. conſi. 331. num. 19. in 2. uolu.

Doli præſumptio, ut non reſultet res præſumitur empta ante litem motam in iudicio petitionis hæreditatis. Rimin. in conſ. 356. num. 25. in 2.

Dolus præſumitur in eo, qui non fuit perſecutus, quod debuit. in conſi. Rimi. 391. num. 23.

Doli præſumptio, ſcilicet ſubornationis, opponitur maiori petenti productionem teſtium poſt didicita teſtificata. Rimi. conſi. 404. num. 16. in 3. uolu.

Donatio præſumpta quando p̄ſumatur, in l. ſi non remunerādi. §. unde Papinian. ff. manda. Riminald. in conſil. 432. num. 22. in 3.

Demens ſemel, præſumitur durare. Riminal. in conſi. 585. nu. 4. in 3.

In dubio ſemper præſumitur pro eo, qui delictum excuſat.

Chaſſan. in conſi. 58. num. 25.

Dominium in bonis, quæ præſumuntur empta de pecuniis eccleſię ipſorum incontinēti acquiritur eccleſiæ, per conſequens rei uendicatio. Alciat. conſi. 18 num. 9. in 1. uolum.

Decima in dubio pręſumitur eccleſiaſtica. Alciat. conſi. 32. nu. 4. in 1.

Dominus habet cõtra ſe præſumptionem, quādo quid e domo aliqua proiicitur, licet neſciatur, & præſumitur quemlibet ſcire, quæ domi ſuæ gerantur. Alciat. conſi. 13. num. 14. & 16. in ſecundo.

Delictum non pręſumitur, præſertim in perſona egregia, & ualde honorata. Alcia. in conſi. 5. num. 8.

Donatio minus præſumitur reſpectu ſocrus, quàm reſpectu uxoris, ex quo cum ſocru non eſt tanta coniunctio. Alciatus conſi. 71. num. 3. in 5. lib.

Debere alteri quicquam nemo p̄ſumitur, & tamen ſolutio inducit contrariam pręſumptionem, adeò ut is, qui ſolutum repetit, teneatur ipſe probare indebitum. Alciat. in conſi. 16. lib. 6.

Donatio non præſumitur in homine cauto. Alciat. conſil. 31. num. 8. lib. 8.

Dānum pati ſponte uelle nemo præſumitur. Emilia. in conſil. 62. num. 6.

Dotatio pręſumitur facta in fraudem fiſci. Emilia. in conſi. 141. nume. 1.

Diuiſio præſumitur ex poſſeſsione decem annorum facta ſeparatim. Alban. conſil. 11. num. 4. dummodo inter portiones nō ſit maxima inæqualitas, ibi.

Damnum præſumitur illatum ab inimicis. Alba in conſil. 56. num. 16.

Donatio potius præſumitur, quā feudum, præſertim cum ſit cō ceſſio per Principem. Alba in conſi. 64. nu. 64.

Delinquere nemo pręſumitur, niſi ex aliqua cauſa. Follerius inter conſi. crim. 138. num. 13.

Dolus præſumitur in non obuiāte delicto, cum poteſt. Foller. inter conſi. crimin. conſil. 140. num. 8.

Dolus non præſumitur in muliere in dubio. Oratius Lucius inter conſi. crim. conſi. 161. nu. 13. to. j.

Diuturnitas habet præſumptionem. Zaſ. conſi. j. num. 40. in 1. volum.

Diſponens non pręſumitur uelle facere contra conſuetudinem. Zaſ. conſi. 7. nu. 18. in j. vol.

Dolus eſt non prouidere ea, quæ prouideri debebant. Zaſ. conſi. 18. num. 6. in j.

Dolus pręſumitur propter clandeſtinitatem, & in factis occultis. Zaſ. d. conſi. 18. num. 8. in 1. uolu. & ibi alia de dolo, & ibi, quòd

quòd dolus ex enormiſsima læſione prǽſumitur, numé.16. & 17.

Dos & donatio propter nuptias ex diuturnitate temporis, & ex conſuetudine patriȩ præſumitur conſtituta. Zaſ. conſi.18. num.12. in j.

Delegationis poteſtas non præſumitur, niſi probetur. Zaſ. conſi.12. num.2. in 2. vol.

Dacium prǽſumitur indiƈtum auƈtoritate ſuperioris. Ripa de reſcri. in cap. ex prǽmiſsis, num. 20.

Decretum facit prǽſumi ſolemnitates interueniſſe, & præſumitur pro iuſtitia decreti, ſed nõ pro ſoluto. Neuizan. in conſil. 75. num. 4. & 5. & decretum præſumitur interpoſitum ſine cauſæ cognitione, quando non interuenit debitum temporis interuallum. Neuizan. iud. cõſ. 85. num. 4.

Data in ſolutum prǽſumuntur fraudulenter data, ſi pecunia, non bona ſolui debebat, & pro minori quantitate, quàm ualerent, ideo nulla, Capra conſil. 18. num. 25.

Donatio non ſemper prǽſumitur ſimulata, ex eo quia donans reperiatur poſt ipſam donationẽ tenere & poſsidere, ſed aliȩ circunſtantiȩ ſunt conſiderandæ. Capra in conſilio 143. num. 8.

Dolus præſumptus & culpa prǽſumpta alicuius loci præponderat culpȩ damnũ paſsi. Cæpola conſi. crimin. 18. num. 28.

Dolus in eo præſumitur, qui eſt futuræ rixȩ præparatio. Cæpola conſi. crim. 28. num. 8.

Deliƈti præſumptio tollitur ex prǽſumptione bonȩ famæ. Grãmaticus in conſi. 38. num. 17.

Deceſsiſſe ſine liberis quis præſumitur. Bellonus conſilio 19. num. 3.

Debitor ſoluens creditori prǽſumitur ſoluere, quòd apparet, & pro cauſa, quæ apparet, niſi alia doceatur per creditorem. l. j. & ij. ff. de ſolu. Rayner. conſil. 12. in 1. in crimi. per Zilett.

Dolus non præſumitur propter honeſtatem perſonæ, quia perſonæ honeſtas facit præſumi abeſſe dolum. gl. in l. fi. §. Seia, ff. de actio. & obliga. Luchi. de Curte inter conſi. crimin. per Zilettum conſi. 44. nu. 12. in j.

Deliƈtum non præſumitur, quoties aliqua alia cauſa ſubeſt. ſeu ſubeſſe poteſt. Maphæus inter conſi. crimin. diuerſorũ conſi. 50. lib. 2. per Zilettum, num. 2. per l. meritò, pro ſocio. deliƈtum autem præſumitur iniuſtè faƈtum, niſi contrariũ probetur. Cephal. in conſil. 25. num. 17. in j.

Defenſio, in dubio ſemper præſumitur faƈtum ad neceſſariam defenſionem ſi incontinenti fiat. Petrus Calephatus inter

conſi.crim.per Zilettum conſil.90.num. 5. in 2. lib. idem ſi uim ui repellat,ibi.

Doli præſumptio tollitur, quando aliquid fit gratia ſui iuris conſeruandi. Laudenſis conſil. 1.num.24.

Quibus in caſibus quid factũ cẽſeatur & præſumatur factum ad ſui defenſionem. puta homicidium, etiam,uel quid aliud.Et uim ui repellere ad defenſionem præſumitur, & q̃cquid reperitur factum contra primo euaginantem.& qui minus eſt uulneratus, & magis uulneratus, uel occiſus. & ubi fuit terror armorum, aut iactatio percusſionis, & qui in diſcrimine uitæ, & ubi erat ꝓbabilis dubitatio, & per dãtem operam rei licitæ, contra dantem operam rei illicitæ. Item ubi reperitur factum cõtra perſonam ſolitam eſſe homicidam & contra habentem malum nomen,uel cognomen. Laudenſis in conſi. 58.per totum.

Doctor iuris non præſumitur errare.Mod.Par.conſi.27.nu.32.

Nemo præſumitur dixiſſe id, qđ prius mente non cogitauit. Crottus in conſi.121.nume.8.

Dixiſſe nemo præſumitur id, qđ prius mente non cogitauit. Crottus in conſi.143.nu.12.

Diues quòd aliquando quis efficietur, præſumitur ſemper, & ꝙ in futurum bona acquiret. inter conſi.ulti. uolun.per Zilettum conſi.94.nu.3.

Diligere nemo præſumitur potius remotiorem in gradu, & ex aliorũ familia quàm matrẽ. inter conſi.vlti.uolun. per Ziletum 107.num.15.

Diſponere nemo præſumitur cõtra animi ſui uoluntatem.inter conſilia ulti. uolun. 133.nume. 12.

Dolus præſumitur ex alienatione omnium bonorum à minore & muliere facta ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis. Itẽ ex enormi læſione & ſtatuti ſolennitatis omiſſione. Cephal. conſi.51.nume.6. & 8.in primo uolum.

Dolus præſumptus ratificationẽ in maiori ætate factam non reſcindit, immo nec uerus,ſi rei geſtę ratificans certior factus ſit. Cepha.conſil.51.nu.30.in 1. Et dolus uerus requiritur, nec ſufficit prçſumptus,ubi cõtractus fuit ratificatus, & ratificatio fuit geminata. ibi.nu. 32.Et dolus præſumptus uero æquiparatur, quo ad effectum reſcindendi actum.Cepha.cõſi.62.nu.19 in 1.& dolus præſumptus re ipſa dolo ex propoſito æquipollet, & propriè dicitur dolus ; ibidem nume.25.

Dominus præſumitur is, qui poſſidet, ubi aliud non apparet.

Ce-

Cephal.conſil.63.nume. 13.in j.uolum.

Donatio præſumitur ob ſanguinis coniunctionem, quæ aliàs non præſumeretur,& prȩſumitur facta ob ſanguinis coniunctionem,ubi nō cōſtat de cauſa.Cephal.conſi.90.n.22.& 23. in j.uol.

Dotis titulus non præſumitur,ēt ſi decennio maritus bona uxoris tenuerit, fructusque perceperit.Cephal.conſilio 121.nume.16.

Dolus præſumptus eſt, ſi tutor non confecit librum. Cephal. conſi.192.nume.49.in 2.

Datio inſolutum præſumitur ſimulata, quotieſcunque ipſarum rerum inſolutum datarū poſſesſio remanet penes debitorem.Cephalus conſ.198.nu. 12.in 2.

Delictum in dubio præſumitur leuius Cepha.conſi.206.nu.2. in ſecundo.

Dolus præſumitur in his, quæ naturaliter ſunt delicta.Ceph. conſi.230.num.3.& dolus etiā prȩſumitur in eo, quid nō adhibuit diligentiam,ad quā tenetur ratione officii.Cepha.cō ſil.230.nu.4.in 2.uol.

Dolus,doli præſumptio ceſſat adhibitis omnibus ſolemnitatibus.Cephalus in conſ. 261.nu. 7.in 2.

Dolus præſumitur contra tutorem omittentem ſcribere pecunias exactas. Rolandus conſi.49.nume.55.in 1.de dolo ēt præſumpto plura Bart. in l.qđ Nerua.ff.depoſi.

Doctores non præſumuntur ius, in quo uerſanť,ignorare.Portius in conſ.92.nu.84.

Diues magis prȩſumitur donare quàm pauper. Bonicon.de Nobilitate, parte quinta, nu.18. Tomo 5.

Domeſtici bona familiæ ſcire p̄ſumuntur.Bar.in tract. Excuſſionum pignorum, nume. 8. Tomo 18.

Donatio licet non præſumatur. Fallit tamen in nobilibus. fuſius Tiraquel.de nobilitate c. 37.nu.41.

Donatio an præſumatur, ſi quis dicat, tolle iſtam pecuniam. Capiccius deciſ.180. nu. 11.& 13.uel do tibi hanc pecuniam.

Dignus & innocens quis prȩſumitur ex fama.Barto.in l.Barbarius nume.22. ff. de offic. prætoris.

Qui ſcit factum, & facit contra ius, præſumitur in dolo.Bart. in l.propter ueneni. §. 1. ff. ad Syllania.

Dilatio in dubio præſumitur appoſita gratia debitoris.Barto. in l.eum, qui. ff. de annuis legatis.

Dotalia bona uxoris in dubio p̄ſumuntur. Siluanus in conſil. 95.nu.21.in 2.quòd probat,in 2.uolum.

Dolus

Dolus præſumitur in contractu, ubi plures ſunt cautelæ in inſtrumento. Bertr. in conſi. 126. nu. 10. in 3. uol.

Dominium eſſe conuentum prę ſumitur, ſi pos ſidet, & dominium, quando uenit incidenter, prę ſumitur ex poſſesſione. Bar. in l. apud Trebatiũ. ff. de aqua pluuia. §. 1. nu. 3.

Diuiſio præſumitur per poſſeſſionem fundorum diuiſim lon go tempore factam. Barto. in l. duæ filiæ. §. 2. ff. pro dote.

Diſpenſatio non præſumitur, niſi probetur. Abb. in c. fraterni tati, nu. 2. de ſciſmaticis.

Depoſitarius non præſumitur in dolo, ſi non ualens ſaluare om nes res ſaluauit ſuas, etiam ui liores & deſtituit depoſitas præcioſiores. Abb. in c. bona fi des, nu. 2. de depoſito.

Dignus quis non præſumitur ad aliquam dignitatem, niſi probetur. Abb. in cap. 1. nume. 6. de ſcrutinio. contra Alberi. in l. ſeruos. ff. de manu. teſtamento. ubi etiam quilibet præſumitur gratus, niſi probetur ingratus.

Diues quis in dubio non præſumitur, niſi ſemel diuitiæ fuerint probatæ. Abb. in cap. 1. de ſcrutinio.

Diuiſio inter fratres præſumitur facta, ſi poſſederint pro diuiſo ſpacio decem annorum. Abb. in c. in cauſa, num. 9. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. Boerius quæſtio. 58. numero 2. & 3. par te prima.

Delinquẽs præſumitur fuiſſe mo tus ex conſilio aliàs non fuiſſe facturum. Fel. in c. ſicut dignũ. nu. 12. de homicid.

Donare non prę ſumitur ignorãs Alberi. in l. Barbarius n. 8. ff. de offic. prę to.

Dolus præſumitur maxime eo ipſo, quòd quis non exſoluit creditum, Alberi. in qq. ad ſta tu. q. 185. nu. 1. lib. j.

Doctor dicit quempiam ob cauſam donaſſe, reus, quòd ſimpli citer, pro quo namque prę ſumatur. Saly. in l. ſi prę ſidi. C. de don. ante nup. nu. 2.

Dolus præſumitur quotieſcunq; aliquid de genere prohibitorum committitur. l. ſi conuitii. C. de iniuriis. Et dolus præſumitur in eo, qui longo tempore aliquid differt, Boerius. q. 42. nume. 21. Fallit ubicunque ueriſimilitudo tolleret iſtam prę ſumptionem. nam ſi pater percutit filium, frater fratrẽ, ſocius ſocium in dubio nõ prę ſumitur feciſſe per dolum, & animo committendi delictum ut eſt glo. in l. j. de ſica. Conſideratur tamen genus armorũ, cum quo percutit, ut d. l. ita So ci. regu. 94.

Dolus uel culpa non præſumitur regulariter, niſi in furto, uel in cendio. Caſt. in l. ſi quis ex argenta.

genta.§.prætor. nume. 6. ff. de edendo.

Diſpoſitio in dubio præſumitur perpetua.Caſt.in l. ſufficit. nu. 3. ff. de cond.indeb.

Deperdita re, an præſumatur deperdita culpa ſui? Caſtr. in l. eum qui rem.§.1.numero 5.ff. commodati.uide omnino,ubi dicit nume. 3. quòd ſi conſtat eam rem ad recipientem per ueniſſe,prǽſumitur eam habere niſi probet, quòd perdidit.

Dolus præſumitur etiam in his, quæ cõmittuntur arbitrio iudicis, quando eſſet exceſſus indignus.Caſtr.in l. ſi fugitiui.C. de ſeruis fugiti.nu. 12.

Donatio fauore dotis non prǽſumitur.Iaſ.in l.quæ dotis. num. 24.ratione uiciſſitudinis. ff.ſolu.matr.

Donatio in dubio prǽſumitur inter uiuos. ibi. nume. 26. Bald. in l.ſi ſtipulatio, num. 3.C.de iure dot.

Diuturnitas temporis facit præſumi ſolemnitatem interceſſiſſe. Iaſ.in l.qui in aliena.ff.de acqui.hære.nume. 9. ex diuturnitate tamen temporis nõ prǽſumitur,quòd interuenerit auctoritas ſuperioris,nec prǽſentia conſanguineorum, quæ requiritur in contractibus mulierum ex forma ſtatuti, nec præſentia iudicis, uel auctoritas ſuperioris ibi.nu. 34.& ſeq. & uide Iaſ. in l.1. nu.19. ff. qui admitti. & ſequen. nume. ubi fusè.

Donatio prǽſumitur,ubi aliàs nõ præſumeretur ex coniunctione perſonarum, præſertim patris & filii. Iaſ. in l. qui in aliena.nume.53.ff.de acqui. hæredita.uide Ale.in l.quǽ dotis.ff. ſolu.matrimo.ubi de donatione fuſius.

Debitor non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum debito principali, niſi exprimat. Iaſ.in l.creditor. C.de legatis.

Doli capax præſumitur proximus pubertati. §. in ſumma. ubi Angelus nu.2. inſti. de obliga.quæ ex delic. naſcuntur.

Donatio ſi fit per patrem filio, ut benemerito, an præſumantur benemerita prǽceſsiſſe. Bald.in l.ſi donatione.nu.4. C. de colla.

Dolus non prǽſumitur, niſi per indicia urgẽtia probetur. Alexan.in l.dolum.C de dolo. nu. 1. Et dolus manifeſtus in quo differat à dolo prǽſumpto,qui appellatur culpa latior. ibid. nume.4.

Donatio an prǽſumatur inter patrem & filium, ex traditione rei? Alex.in l.ſi donatione. C. de collatio.& donatio librorũ facta filio, an & quando præſumatur,ibi.nu.22 & 23.

Ditari quis præſumitur. Alex.in l.cum quo.nume.quinto. ff.ad leg.falci.

Dominus

Dominus an & quandò præſuma tur ſcire facta familię ſuę. Alexan. in l. in prouinciali. §. ſi qs ipſi prętori. num. 26. ubi etiam nu. 24. dicit, quòd familia quicquid facit pręſumitur facere conſenſu domini.

Donatio in dubio præſumitur ratione diuitiarum, amicitię, nobilitatis & affectionis ſimul iūctæ conſuetudinis & affinitatis & ſanguinis. Ange. in l. obligatione, num. 4. ff. de pigno. & hypoth.

Donatio non præſumitur, ſi ſponſus mittit rem ad ſponſam, ut ornatior ad uirum ueniat. Ange. in l. ſi. ut certum. §. interdū, nu. 1. ff. commod.

Dominus, qui uidet cauſam ſuā agi & non contradicit, præſumitur dediſſe mandatum. Caſſiodorus deciſione 3. de procurato.

Dationis in ſolutum contractus an fœneratitius modicitate p̄cii concurrente cum pacto de retrouendendo præſumatur? Caſſiodorus de uſuris deciſ. 2. nume. 1.

Damna præſumuntur data à uicinis malis, & non bonis. Blancus in prac. cri. nu. 47. fol. 129.

Delictum clam commiſſum præſumitur ſcienter factum. Blancus in prac. nu. 30. fol. 42.

Delinquere non præſumitur iure agere uolens. Blancus in prac. nume. 84. fol. 97.

Dominus præſumitur ignorare factum à ſeruo ſuo. Blancus in prac. cri. nu. 26. fol. 93.

Dominus præſumitur factum à ſuo procuratore ignorare. Blancus in prac. cri. nume. 26. fol. 93.

Forma non ſeruata non præſumitur utilitas minoris, uel eccleſiæ in contractu. Bal. in l. quęcunque, C. de bonis quæ liber. & Bar. in l. 1. C. de ſolu. & libera. de ciui. lib. 11.

Fornicatio præſumitur ex facilitate delinquendi, puta contra eū, qui ſub ſpecie famulæ retinet alienam uxorem. Bald. in l. fi. C. ſi man. ita fue. alien. uc. proſt tuatur. Firman.

Fornicatio præſumitur, quando duæ perſonę ſuſpectæ in loco ſecreto ſępius inueniuntur ſolæ. Specula. de proba. §. 2. uerſ. uiolenta, uel de præſumpt. §. 2. uer. uiolētia, quòd uerum eſt, ſi eſſent ſexus diſparis, & locus ſit ſolitarius. c. tertio loco, & ibi Abb. de præſumptio. Firman.

Frater emens an præſumatur emiſſe de pecunia dotali, uel de communi. Angel. in conſil. incip. Bartholomęus

Frater præſumitur emiſſe nomine proprio, licet de pecunia communi, quòd ſi nō apparet cuius fuerit pecunia, pręſumitur propria, niſi ex coniecturis illud conſtet. Firman. in uerſi. frater, uide omnino.

Frater emens præſumitur emiſſe de pecunia communi, & tenetur communicare fratri ſocio. Firman. ubi ſupra.

Fraudis ratione præſumptæ quādoque

doque quis cõpellitur iurare.

Fraus,non præſumitur, ſi licẽtia ſit petita. Firman. in repert.

Fraus ex plurib. præſumitur, primo in donatione, ſi donator percipit fructus ex re donata. item ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate. itẽ ubicunque minor apparet læſus. item in emptione facta per interpoſitam perſonam, niſi fiat palam & bona fide.item pręſumitur fraus in filio repudiante,& poſtea emente per interpoſitam perſonam. Item præſumitur fraus, ſi filius baſtardus emit ab eo,cui pater uendidit.item prę‍ſumitur, ſi mutuum fit cũ pacto, ꝙ reſtituatur ei,quem Titius declarabit & Titius declaret filium mutuantis.item prǫſumitur,cum conſtet de damno, & non aliter.item ex nimiis cautelis.itẽ ex clauſulis inſolitis. item ex qualitate pſonæ, ſi eſt ſolitus fenerari.item ex petitione clãdeſtina.item pręſumitur fraus de facili inter coniunctas perſonas.item in donatione, quę fit coniunctę perſonę, ſi fit facta in præiudicium tertij. itẽ in hęrede repudiãte, ſi poſtea poſsideat poſt repudiationẽ. item præſumitur in patre alienante in præiudicium filiorũ, quando peruenit ad eam ętatem, in qua filios habere non poteſt. item quando facit, ut priuet ſucceſsione eum, qui deberet de iure ſuccedere.itẽ ſi alienat titulo lucratiuo. itẽ ſi alienat titulo oneroſo pro modico precio, quod tamen uerum eſt, niſi ob cauſam neceſſariam fiat alienatio. item quoties eſt iuris communis præſumptio, toties pręſumitur fraus.item ſi fiat alienatio omnium bonorum ex titulo lucratiuo,uel de maiori parte bonorum,uel etiam ſi particulariter nominatim de omnib. reb. item ſi bona patris ſunt apud ſpurium. item ſi fiat omnium bonorum etiam coniunctę perſonę. Idem ſi fiat clam. item ſi poſt alienationem alienans reperitur in poſſeſsione. Niſi in donatione omnium bonorum. item ſi detur in dotem filiæ extranei, ergo non ſi proprię. item pſumitur fraus, ſi quis cito poſt condemnationem dat bona ſua in ſolutum ad mandatum alterius iudicis,nam tunc excluditur a beneficio læſionis. item ex paruitate precij,uel penſionis. itẽ ſi fiat ceſsio alteri, qui cedat prohibito, uel ſi fiat procuratori cum pacto non reddendi rationem, in quem per ſtatutum ceſsio perhibetur.item ſi fiat a debitore ſciente ſe inopem,& habere multum ęs alienum,ſupradicta omnia ponit Bertachinus in repert. uer.

fraus

fraus præſumitur. quę fuſius probat.

Fuga facit pręſumi fugientem eſſe bannitum, quādo ſunt duo Titii,& unus eſt bannitus, ſed ignoratur quis eorum ſit bannitus. & licet fuga aliquā pręſumptionē faceret contra aliquem, tollitur iuramento fugientis. Firma in reper.

Fugitiuus præſumitur, qui repertus eſt in crimine c. ut famæ. de ſententia excommu. Item qui accuſatus eſt de crimine. Firma. in reperto.

Furor non præſumitur, niſi probetur. Firma. in reperto. Item furor ex præterito non præſumitur in præſenti, niſi probetur cum præſumatur ceſſaſſe. ibi. fuſius, & ibi quando furor pręſumatur durare.

Furtum non præſumitur contra perſonam honeſtam ex poſſeſſione rei furtiuæ. Nec contra aliam, niſi eſſet conſueta emere res furtiuas. Firman. in reperto.

Furtum præſumitur factum à uicinis. Niſi ſint bonæ famæ. Firma ibi.

Factum ob cauſam neceſſariam quid eſſe pręſumitur. præſumitur enim factum, quod de iure erat faciendum. Crauetta conſil. 22. nume. 5. & 149. num. 12. in 1. uolu. & ita in emphyteuſi conceſſa tradit Cęphalus conſi. 9. nu. 16. in 1. vol.

Filiæ pręſumuntur ſcire, quando pater contrahit ſponſalia pro ejs, & ſi non contradicunt, pręſumuntur conſentire. Alcia. cōſi. 6. nu. 13. in 1.

Fraus præſumitur ex coniunctione perſonarum, quando quis non poteſt relinquere marito aut filiis mariti, relinquit uxori ſuæ matri filiorum. Alciat. conſi. 7. lib. 2. ſed tollitur fraus ex aliis coniecturis. Alc. conſi. 144. nu. 9. in 5.

Fraus præſumitur per interpoſitionem perſonæ, ubi probetur interpoſitio, & de re prohibita agatur. Alcia. conſ. 7. lib. 2 nume. 8.

Filius pręſumitur ſi ſit inſtitutus quando conſtat illum eſſe filiū illegitimum teſtatoris. Alc. cōſi. 51. nu. 3. lib. 5.

Facta non præſumuntur, niſi probentur. Alcia. conſi. 51. num. 7. lib. 5.

Filius ad hoc ut præſumatur eſſe in poteſtate. & legitimus pendet ex matrimonio. inſt. de patria poteſta. in prin. l. item in poteſtate. ff. de his, qui ſunt ſui &c. Alcia. conſil. 53. num. 2. in quinto.

Contra delinquentem facilius p̄ſumitur fraus q̄ cōtra adeuntem, & aliàs facientem actum licitum. Alcia. conſ. 94. nu. 9. in 5. libro.

Facere quis in ſuo nemo præſumitur cauſa nocendi uicino.

faſ.in l.ex hoc iure col. 2. ff.de iuſti.& iure.

Fraus præſumitur ex actu clam geſto.& clam geſtum dicitur illud, quod taliter eſt factum, ut ad eius, cuius intereſt notitiam, non peruenit. Alcia. cõ ſi, 69. nu. 12.& ſeq. lib. 8.

Propter coniunctionem lex non præſumit fraudem interueni re, quia uinculum ſanguinis in firmat talem coniecturam. Al cia. conſi. 115. nu. 3. lib. 8.

In fideicommiſſis præſumptiones, & coniecturæ uoluntatis dummodo ſint probabiles, ſuf ficiunt. Alciat. conſi. 36. nu. 25. lib. vltimo.

Fraus in non conſueto fœnerari, maxime in alio cõtractu quã mutui non præſumitur. Roſellus inter conſil. diuerſorũ per Ziletum conſi. 141. nu. 9.

Falſarius quis eſſe præſumitur, ꝙ ſemel ſcriptura ſuſpecta in iudicio eſt uſus l. iubemus. C. de proba.

Filii à iure præſumuntur eſſe uiri & uxor. s, quãdo uir ille & mu lier ſimul alentes familiam co habitant. Iodocus in prac. ciui uili cap. 78. nu. 42.

Fideiuſſor ille præſumitur, qui ꝓ mitti: ſoluere id, quod ab a lio debetur. Ruin. conſil. 99. in 5. uol.

Præſumptio ſumitur ab eo, quod frequentius fieri ſolet, ſi appa reat, alioquin de minori pre cio ſumitur. l. ſemper in ſtipu lationibus. l. ſemper in obſcu ris. ff. de regu. iur. Mod. Par. con ſi. 10. nu. 10.

Filius in dubio præſumitur natu ralis & non ſpurius quoties, pater in teſtamento ipſum na turalem nominat. & onus pro bandi contrarium in aliũ trãſ fertur. Alciat. conſil. 58. ad fin. ultimo uol.

Fur an ille præſumatur, in cuius domo reperitur res furtiua, vi de Petrum Rauenn. in ſuo Al phabeto aureo. uer. fama. & ait Ba. in l. ſi. ff. de hęre. inſti. ꝙ aut eſt bonæ famæ, aut non.

Furioſus ſemel ſemper præſumi tur furioſus. Pet. Rauennas in ſuo Alphabeto, uerſicu. furor. Curti. iun. in conſi. 151. nu. 7. in 2. uolu.

Factum pręſumitur factum à per ſona illa, quæ illud factum te nebatur facere. Pet. Rauennas in ſuo Alphabeto, uerſi. facere. in fine.

Frater præſumitur amicabilior ſibi quàm fratri, cum quo non habitat. Bart. in tract. de duobus fratribus, nu. 37. fol. 121.

Falſarius an coniecturis ſeu præ ſumptionibus? Cur. ſen. conſi. 55. Iaſ. conſi. 153. ubi in eadem cauſa contrarium conſuluit.

Filii non præſumuntur in condi tione poſiti, quando teſtator hæredem inſtituit in uita tan tum & duntaxat. Ruin conſi lio

lio tertio, numero 26. in 2.

Fratres non præſumuntur ſocii omnium bonorum, ex ſola nõ diuiſione. Bal.conſi.451.nu.2. in tertio.

Fraus admiſſa pſumitur in contractu ſimili pignori, ſi cũ uſurario contrahitur. Bald. conſil. 464. in 1.nu.4.

Filius præſumitur hæres, quo ad ſententiam realem, non autẽ perſonalem. Bal. in conſil. 128. nu.4 in 4.uol.

Fideicommiſſ. pro fideicommiſſo prçſumitur, quo ad ordinẽ mortalitatis. l. ex facto. §. ſi q̃s rogatus. ff. ad Treb. Bal. conſi. 216. in 4.uol.

Filia præſumitur dotata de bonis patris. Bald. conſi. 479. in 4. nume. 2.

Furtum prçſumitur factum contra eum, qui habet introitum ad horreum conductum fractum & ruptum poſtea. Bald. conſi. 152. in 5.uol.

Filius non præſumitur meus, niſi probaretur, quòd mater eſſet mea concubina. Bal. in l. filiũ. ff. de iis, qui ſunt ſui. colum. 2. & ibi dicit, quòd pater & mater ſi dicant, quòd puer eorũ filius ſit ſpurius, non creditur eis, niſi cum ratione loquantur. qđ no. pro D. Alc. Albergeto Doctore noſtro.

Filius legitimus probatur, ubi p cedit matrimonium, & cohabitatio uiri, & uxoris, & hoc p batur per uicinos. Bald. in l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui 7. colum. 2.

Factum non præſumitur in iudicio, ſi non reperitur ſcriptum. Dominic. de S. Gemini. in cap. qui neſciunt, colum. prima. diſtin. 4.

Filius prçſumitur eſſe illius factionis, cuius erat pater. Bart. in tract. de guelphis & gebellinis. nu. 13.

Fama inducit præſumptionẽ ueritatis & exiſtentiæ. Igitur laudati homines & famoſi in ſciẽtia ſunt maioris auctoritatis q̃ alii l. prouidendum. in fi. C. de poſtulan. Petr. Rauennas in ſuo Alphabeto aureo. in nota bilibus, fol. 185. col. 3. ad fi.

Feudum in dubio præſumitur hçreditarium. Mod. Par. conſ. 50. num. 2.

Filius qui detinuit hæreditatem per decem annos, præſumuntur omnia ſolenniter acta. Petr. Rauẽnas in Alphabeto uer. Pax. fol. 108. col. 3. ad fi.

Filius in dubio præſumitur in poteſtate. Caſſanc. in conſue. Burgun. fol. 213. num. 1. & ſemper præſumitur filiusfamilias uſque ad centum annos, donec aliter conſtare poſſit quòd pater non uiuat. ibi. nu. 3.

Filius talis præſumitur qualis pater. plura Grammatic. in conſilio 31. nu. 4. in cri.

Fideicommiſſum non præſumitur

tur, niſi probetur, quia eſt facti. Cępha.conſi.68.nu.27.

Fideicommiſſum ut habeat locum, præſumitur quòd ſubſtitutus ſuperuixerit poſt mortē hęredis grauati. Plotus inter conſi. diuerſorum in ultimis volũtatibus per Ziletum conſil.168.nu.18.

Falſitas in dubio non eſt præſumenda. Cępola in conſi. 38.nu.13.in ciuilibus conſi.

Fraus teſtatoris an præſumatur propter coniunctionem perſonæ? Bar.in conſil. 194. num.1. ubi dicit, quòd hoc ſolum quo ad pręſumptionem non ſufficit. ubi etiam dicit Bart. quòd fraus teſtatoris non præſumitur, ſi reliquit oĩa bona uxori, rogans eam, ut reſtituat, quibus ſibi uidebitur, & ipſa non poteſt eligere ſpurium.

Fundus dotalis præſumitur poſſeſſus à marito poſt mortem uxoris & filiorum infantium iure hęreditario. Bar.cõſ. 212. nume.3.

Facere quis in dubio præſumitur eo modo, quò licitè poteſt l.merito.ff.pro ſocio.Bar.conſi.212.nume.4.& in dubio præſumendum eſt, quòd quis habeat animum faciendi, quod in delictum non cadit Bart.q.10.nu.4.

Fratres ſimul habitantes, ſi negociantur, non præſumuntur ſocii.Bar.in tract.de duobus fratribus.nume.21. & ibi quando præſumantur ſocii.in ſeq. Bal. conſi.451.in 3.lib.nu.2.

Filii legitimi & naturales ex legitimo matrimonio uero, uel præſumpto nati dicuntur.Bar. in tracta ſucceſsionis ab inteſtato nu.1.

Filius in dubio præſumitur mariti, etiam quòd modo aliter dicat.Bertran.conſi.221.nu.1.in 2.vol. in antiquis.

Filius in dubio pręſumitur eſſe in poteſtate patris. Bertran.conſi.4.nu.8.in 2.vol. ſecundę partis.in antiquis.

Filius præſumitur natus ex marito, quantumcunque uxor cum alio adulteretur. Anto. Gabr. in ſuo Communium concluſ.tit.de pręſump.conclu.14 ubi ampliat, & limitat, etiam ꝙ non neget.Bald.conſi.34. in 1.volum.

Facere quis præſumitur illud, qđ communiter fit, ut ff. de proba.l.ſi pactum, col.2.Bal.inl. ſecunda, col.pen.nu.25.C.de reſcin.uendi.

Fideicommiſſum tacitum & iuri contrarium de reſtituẽdo non capaci non præſumitur iniunctũ, niſi probetur. Bal.in conſ. 91.nu.1.in 1.vol.

Fraus pręſumitur propter immēſitatem donationis. Bal.conſi. 113.nu.1.in 1.vol.

Fraus præſumitur ex uarietate contractus. l. ab Anaſtaſio. C.

Vu manda.

mãda.Item præſumitur fraus. ex ſucceſsiuis cautelis l.6.ff.de condi.inſtitu.in glo.& Bald.in conſi.125.in j.

Filius ex eo, quia fuit inſtitutus, vt filius in primo teſtamento, præſumitur filius,& legitimus filius.Bal.in conſil.134. nu.1.in primo uol ubi pro Do.Alexã-dro de Alberghetis legum Doctore & D. Iulio Syluestro Iu. Vtr. Doct.Ferrarienſ.& aliàs filius non præſumitur in patris poteſtate. Aſca Clementinus de patria poteſtate.ca.5. nu.77.fol.46.

Filius, qui tempore patris detinebat & habebat quoddã ire & agere poſt mortem patris plenè prçſumitur poſsidere,& & immediatè.Bal.conſ.141.colum.2.nu.6.in j.

Fraus ẽt præſumitur, quoties debitor ante hypothecam alienat bona.Bal.conſi. 149.in 1.

Filius habitando domum paternam pſumitur ſe immiſcere hæreditati paternæ,niſi ſubſit alia ratio poſsidendi. Bal.conſi.207.nu.2.in 1.uol. ubi etiam dicit,quòd quis pſumitur poſſidere ex titulo præcedenti.

Fraus præſumitur propter legis interdictum. Item propter pſonas ſuſpectas.Bal.conſ. 298. in primo.

Filius mortuo patre dicens certum fundum ſibi fuiſſe à patre donatum, eo quia per decennium uiuo patre, & patiente eum poſſedit, de fructibus pro libito uoluntatis diſponendo, hoc modo præſumitur, & probatur donatio.Iaſ. in l. qui in aliena.ff.de acquirenda hęreditа.nu.48. Redoanus de rebus eccle.non alienand. pagi.228. num.22.

Feudum eſt quędã ſeruitus prærter naturam rerum, quę aliqũ fuerunt liberę & hodie præſumuntur.Bal conſi.351.nu.7.in 1.volum.

Fugitiuus præſumitur in dolo. l. impuberibus. ff. de ſuſpectis. tuto.Bal.conſi.432.in 1.

Facere quis præſumitur nomine illius, qui prius ſibi mãdatum fecit.Bald.in conſi.61.nu.3.in ſecundo vol.

Fama conſonans prçſumitur uera, & addit credibilitatem dicto teſtis, & eſt quoddam ueſtimentum eius & calefacit ipſum dictum, ut aliquid pariat ultra quàm pareret, ſi eſſet p ſe nudum. Bal.conſi.123.in 2.

Fructus lucrari non debet propter dolum præſumptum.Baldus conſi.344.nu.1.in 2.

Fructus reſtituere hęres mariti tenetur uxori ex rebus paraphernalibus per uirum perceptis,cum præſumantur percepti contra eius uoluntatẽ. Bal. conſi.367.n.6.in 2.

Fama bona multum prodeſt homini ad excludendas prçſumptiones

ptiones delictorum. & maxime enormium. quia bona fama eſt quędam lex, quæ oſtendit hominis qualitatem. Bal. conſil.410.colum.2.nume.5. in 2.uolum.

Facta talia eſſe præſumũtur, quales ſunt homines. l. fina. ff. de actio.& oblig. Bal. conſ.77. nu. 3. in 3. uol.

Feudalia præſumuntur. quę ſunt de Territorii Imperii. Bal. conſi.121. nu.10. in 3. vol.

Facta ſua malè facere quis non præſumitur, uel ad inopiam uergere, niſi probetur per rei euidentiam, uel iudicia manifeſta, uel ſit ualde clamoſa vox in populo, quę habeatur pro quodam notorio, vel per diſcurſores datos ad inquirendum de facultatibus, & relationem ipſorum legitimè factam. vide omnino Bal. in conſi.122. nu.3. in 3. vol.

Feudum præſumitur antiquum, eo, quòd à multis retro genitoribus fuit ſic proceſſum, & ſic nominatum, quia antiquitas præſtat cauſam præſcribẽdi, & præſumendi. Bald. conſil. 310. nu. 5. in 3. uol.

Facere quis præſumitur nomine proprio, non alterius, & ideo alteri non quæritur ex illo actu, niſi geſtus eſſet nomine alterius. Alex. in l. ſolutum. § liberam, de pigno. actio.

Factum non præſumitur, niſi probetur. Corneus conſ.181. in 2. & Firma. ver. factum.

Factum pręſumitur ab eo, uel nomine eius, qui facere debet. Firman.

Factum pręſumitur eo nomine, quo teſtator iuſſit. Firma.

Falſitas, quando non præſumatur. Firma. iſto verſ. vel præſumatur. ibi.

Fama publica facit pręſumi ſciẽtiam. Firman. verſic. Fama publica.

Fœmina pręſumitur pręgnans, ſi habet lac, & præſumitur paritura tres filios. Firmanus. ver. Fœmina.

Fœmina præſumitur ignorare. Iaſon Ang. in auth. de inceſtis nupt. §. 1. in fi.

Feudum pręſumitur perpetuum ſi non apparet de tempore cõceſſionis. Firma. ver. Feudum.

Fictio & pręſumptio differunt. quia fictio non cadit in ſtatutis, ſed præſumptio ſic. Firm. uerſi. filio.

Filiatio pręſumptione iuris probatur. Corn. conſil. 39. uerſi. 2. tractatus, in 1. par.

Filiatio præſumitur legitima ex marito, etiam ſi conſtet, quòd uxor cum alio concubuerit. Etiam ſi eſſet natus in proſtibulo. Firman. uer. filiatio.

Filiatio non probatur ex eo, ꝙ quis appellatur filius in teſtamento, ſed tunc præſumitur, niſi contrarium probetur, quã-

do eſt in quaſi poſſeſsione. Firman verſi.filiatio.

Filia nupta non prçſumitur dotata,niſi conſtet. Bald. in auth. res, quæ 2. col. C. communia de lega.

Filius prçſumitur dominus rerũ patris,uel matris.Bal.in l.1.C. ad exhibeu.

Filio præſumitur uelle prouidere pater.Firman.

Filius legitimus præſumitur eſſe ſub poteſtate patris. Bar. in l. Titia,ff ſolu.matr. niſi in poſſeſsioue ſit ſui iuris, ut in glo. Firman.

Filius non præſumitur eſſe emancipatus,niſi doceatur.l.2.& ibi Bald.C.de patr.poteſta. Firm. & filius in poteſtate patris eſt, & eſſe prçſumitur, niſi ſui iuris eſſe probetur.Firman.uerſ. filius in poteſtate.

Filius ex concubina poſtea maritata an prçſumatur ex concubinario,an ex marito. Bald.in l.ſi matre. C. de ſuis & legiti.

Filius non præſumitur hæres patris,niſi probetur, plura Firm. uer.filius hæres, & an præſumatur hæres ex cohabitatioue in domo patris,ibi.

Filius hæres non prçſumitur ſcire geſta per patrem,l.qui in alterius. ff.de reg.iu. Firma.uer. filius hçres patris.

Filius an præſumatur acquiſiuiſſe ex re patris, uel ex communi,uel ex induſtria.uide omnino. Firma. uerſ.filius acquirit, fol.112.par.2.ubi plura.

Fines agri non prçſumuntur mutati,niſi conſtet. l in finalib.& ibi Bald. ff.fi.regun.

Fornicatio prçſumitur, quando duę perſonæ ſuſpectæ in loco ſecreto ſæpius inueniuntur ſolę,ſi eſſent ſexus diſparis, & locus ſit ſolitarius. Firman. uer. fornicatio.

Frater habitans cum fratre præſumitur amicitior ei,cum quo habitat, quàm alteri fratri cũ quo non habitat.Firman.

Frater ſocius emens præſumitur emiſſe de pecunia communi, niſi emat pro ſe tantum.l.ſi paārus, C. communia utriuſque iudic.

Frater prçſumitur repudiaſſe hæreditatem patris patiẽdo diu hæreditatis partem ſuam eſſe apud fratrem.Firman.ubi hoc limitat.

Fraus quando præſumatur,ponit Firmanus in uer.fraus,ibi confugito,ubi plenè.

Fuga ſi facit præſumptionem cõtra aliquẽ, illa fuga tollitur iuramento fugientis.Firma. uer. fuga in ſingula. fol. 131. in 2. parte,col.2.

Furor prçſumitur durare triennio,ſed alius morbus anno durare præſumitur. Firman.uer. furor, & præſumitur furioſus perſeuerare in furore. Pariſius conſil.87.nume.12. in 3.ubi & alia

alia circa contractus furioſi.

Furtum pręſumitur commiſſum ab eo, apud quem reperitur res furtiua, ſi ſit homo malæ famæ, & uitę. Niſi doceat a quo habuerit. Firma. uerſ. furtum. & præſumitur factum culpa patientis illud, ibi, & præſumitur factum a cuſtodibus rei, a quibus eſt inchoandum ad torturam, ibi. & per Imolā conſi. 2. col. 2.

Filiatio ſpuria præſumptiuè probatur rebus & factis, & per uериſimilia & communiter accidentia. Pariſius conſi. 10. num. 60. in 2. uolum. & per totum, ubi limitatur l. filiū, ff. de iis, qui ſunt ſui &c. & ibi probatur, quando filius ſpurius adulteri filius eſſe poſsit, & dicatur.

Fideicommiſſum per teſtatorem factum ſemper præſumitur illud feciſſe, ſecundum conſuetudinem loci & patrię, eſto ꝙ de ea nihil ſit dictum. Pariſius in conſi. 7. num. 41. in 3.

Fideicommiſſum & diſpoſitio teſtatoris in dubio ut ualeat, p̄ſumendum eſt, fuiſſe iniunctū primis hæredibus, & non perſonis filiorum, poſitorum in conditione, communis eſt concluſio, de qua Pariſius conſil. 42. num. 11. in 3.

Filius ex quibus præſumatur filius talis uxorati. Pariſius cōſil. 64. per totum, in 3. uolum.

Fideicommiſſa facta præſumuntur ex qualitate rei. Pariſius conſil. 66 num. 28. in 3. uol.

Forma pręſumitur ſubſtantialis, ſecundùm Bal. in l. comparationes, in 3. q. in fi. C. de fide inſtru. Pariſius in conſi. 66. num. 113. in 3.

Fraus & malus animus præſumitur ex alienatione omniū bonorum. Pariſius conſi. 72. num. 68. in 3. vol.

Fatuus quis non pręſumitur. Pariſius conſil. 88. in 3. uide per eum, ubi etiam ſapientes quādoque fatua loquuntur, nec ob id fatui dicuntur. ibi. n. 42.

Fraus & dolus quando præſumatur in emptione. Bal. in l. 2. C. de repudian. hęred.

Fraus, in fraudibus pręſumēdis uel non recurrendum eſt ad diſcretionem uirorum ſenſum habentium. Nā ex nimia cautela præſumitur fraus conſiderata qualitate perſonarum. Bal. conſilio 336. in tertio, numero 3.

Fœmina pręſumitur ignorare ius, ut dicit glo. uer. ſciens, in authen. de inceſtis nup. §. 1. & per Aret. in l. ſciendum, col. 8. in fi ff. de uerb. oblig. Pariſius conſil. 68. nume. 179. in quarto uolum.

Furtum pręſumitur factum culpa eius, qui tenetur de cuſtodia. uide omnino Pariſium in conſi. 156. num. 4. in 4. volum.

&

& uide totum conſil. in materia furti.

Facere quis non prǽſumitur, ut alteri noceat, uel damnum det. Cacheranus deciſ. 17. numero 6.

Feudum antiquum prǽſumitur. Cacheranus deciſ. Pedemontana 23. num. 7.

Feudatarius non debet mitti in poſſeſsionem rei feudalis, quã do alius habet prǽſumptionẽ iuris communis pro ſe. Cacheranus deciſione Pedemontana 23. num. 19.

Factum non præſumitur aliquid fuiſſe, quando eſt fundamentũ intentionis alicuius. Cacheranus deciſione Pedemontana 51. num. 1.

Filios ante habens, non tamen tempore mortis prǽſumitur habere. Cacheranus deciſione Pedemontana 108. num. 2.

Fraus prǽſumitur ex eo, quòd ſolennitates in alienationibus, ſeu locationibus rerum publicarum requiſitę non fuerunt, legeque prohibente fuerint mercatę. item ſi per interpoſitam perſonam fuerunt conducti precio rei publicę, puta dacia, uel gabellę. item prǽſumitur fraus ex eo, quòd precium tempore deliberationis non fuit realiter ſolutum, prout requirebatur. Cacheranus deciſione Pedemontana 109. num. 9. & nu. ſeq.

Falſitas inſtrumenti ex quibus prǽſumitur. Cacheranus deciſione Pedemontana 117. per totum, uide omnino, ubi etiã, quãdo prǽſumatur pro inſtrumento, & quando non.

Fęudum ſimpliciter conceſſum prǽſumitur hęreditarium. Cacheranus deciſ. Pedemontana 161. nu. 5. per regulam l. ſi pactum, ff. de probatio. uide tamen poſtea contrariũ per eundem. Et prǽſumitur cõceſſum pro ſe & liberis, & ſic ex pacto, & prouidentia concedentis, & non hęreditarium, ibid. nu. 12.

Forma ſubſtãtialis in dubio prǽſumitur. Cacheran. deciſione Pedemontana 165. num. 15.

Fraus prǽſumitur ex magno exceſſu in alienando, id quod aliis eſt reſtituendum præſertim filiis. Cacheranus deciſione Pedemontana 180. num. 7.

Fraus etiam præſumitur & mala fides tã in emptore, quàm in uenditore, ſi fuit facta uenditio & emptio non ſeruatis ſeruandis. Cacheranus deciſione Pedemontana 180. num. 10.

Filiorum noua agnatione, mutatam teſtatoris uoluntatem lex præſumit. Paleotus de Nothis ſpuriiſque filiis capit. 29. num. 3.

Feudalia bona eſſe prǽſumuntur inueſtientis. Syluanus in conſil. 58. num. 7. & qualitas poſſeſsionis prǽdiorum præſumi

tur

tur eſſe talis in filio, qualis in patre acquirente.

Feudalia non dicuntur, quę in regiſtro feudali non ſunt regiſtrata. Syluanus in conſil. 58. num. 11. in 2.

Feudalia omnia præſumuntur, quãdo totum, uel maior pars eſt feudalis. Syluanus conſil. 60. num. 2. vide omnino in 2.

Factum præſumitur, qđ frequenter fit. Syluanus in conſil. 68. num. 8. in 2. volum.

Factum præſumitur ex cauſa p̃ambula. Syluanus in conſi. 81. num. 28. in 2. ꝙ probat.

Fraus præſumitur ob temporis breuitatem, ac actuum uicinitatem. Syluanus in conſi. 101. num. 9. in 2. volum. ꝙ no. contra Strozonum.

Furioſus ſemel ſemper præſumitur furioſus. Placa epitom. de lictorum, cap. 29. maximè numero 8.

Filius quidquid habet præſumitur ad patrem pertinere, niſi probetur contrarium. Merzar. epitom. de fideicommiſs. q. 58. uerſi. quando, pag. 66.

Falſarius aliquis non præſumitur. Menochius caſu 315. numero 9.

Filius præſumitur, ſi eſt natus in domo uicinis ſcientibus. l. filium, ff. de ijs, qui ſunt ſui &c. etiam ꝙ mater ſit adultera. l. miles, §. de functo, ff. de adulte. Bald. conſi. 379. in 3.

Filius præſumitur geſta parentis imitari, & tam in uitiis, quàm in uirtutibus, & præſumitur etiã eiuſdemmet affectionis, & uoluntatis fuiſſe, ſicut, & pater fuit. Grammaticus deciſ. 18. num. 1. & 2.

Filius non præſumitur ſcire fideicommiſſum in teſtamento. Guid. Pap. conſi. 6. nu. 6.

Fornicatio præſumitur, ſi frequẽter inuenitur ſolus cum ſola, nudus cum nuda, loco ſuſpecto, & perſonis exiſtentibus ſuſpectis, c. literis, de præſumpt. Tancretus de ordine iudiciario, tit. de probationib. pagina 161. in prin.

Falſo utens in facto proprio ſciẽter uti p̃ſumitur, quod ſecus, quia ignoranter, in facto alieno præſumitur. Menochius de arbitrio iudicis, caſu 316. nu. 9. & 10.

Factum proprium nedum quis ſcire præſumitur, ſed etiã eius circunſtantias. Petr. Santerna de aſſecurationib. parte quinta, num. 3. inter tractatus diuerſorum, pagina 479.

Feudum antiquum eſſe, uel non quando præſumatur. Menoc. de arbitrio iudicis, caſu 191.

Filius pręſumitur talis, qualis erat pater. plura Rolan. a Valle in conſil. primo, num. 4. in 3. volum.

Fideicommiſſum non præſumitur, niſi probetur. Rolandus a

Valle

Valle in conſi 46. in princ.

Feudalia præſumuntur, quæ ſunt intra fines territorij. & Rolan. a Valle in conſi. 46. in 3. ubi & alia no.

Feudalis res nō præſumitur, immo libera plenè. Rol. d. conſil. 46. in 3. uide omnino.

Feudum antiquum præſumitur. Rolan. in conſil. 57. num. 18. in 3. uol. uide tamen.

Filius ſi quid alienat abſque conſenſu patris, ſi emptor diu tenuit rem alienatam patre patiente, præſumitur licentiam patris preceſsiſſe, licet de ea non conſtet. Rolan. a Valle in conſi. 97. num. 9. in tertio, vide omnino.

Fornicatio præſumitur ex cohabitatione maſculi & fœminæ potius quàm matrimonium. Secus tamen reſpectu filiorū, ut ipſi dicantur legitimi, quia præſumitur matrimonium. Roland. a Valle in conſil. 94. nu. 21. in 3. vol.

Feudatarius habet præſumptionem pro ſe c. 1. de conſuetu. recti feudi. Bald. conſil. 351. in primo, num. 1.

Facultas aliquid agendi, nec modus præſumitur, niſi doceatur. Natta in conſil. 12. num. 5. in primo.

Filius, qui ꝑ 20. annos uixit ſeorſum a patre habitando, & negociando præſumitur emanci patus, vide Bald. in l. poſt mortem, ad fin. ff. de adop.

Filius præſumptiuè legitimus ꝓbatur per inſtrumentum emācipationis. Bal. in l. non poteſt, ff de adop.

Fraus & malicia præſumitur in non comparente in termino. Bal. in l. nam ita diuus, colum. fi. ff. de adop.

Facta ſua qs facit fidelius quàm aliena, & ita præſumit lex. Bal. in l. non ſolum. §. eſt & alius, in fi. ff. de procurato.

Fraus præſumitur, ſi titulus fuit acquiſitus lite mota, uel ſi fuit acquiſitus a uiolento, uel clandeſtino inuaſore. Bal. in l. quia etiam, in addi. ff. de aliena. iud. muta n. cauſa fac. col. 2.

Fugitiuus non præſumitur, qui eſt bonæ famæ. Bald. in l. ſi a bonę fidei, ff. de rei uendic.

Furtum præſumitur, quòd fiat ex mala cuſtodia, & iſta præſumptio transfert onus probandi in alium. Bal. in l. cum duobus, §. ſi in coeunda, in lectura antiqua, ff. pro ſocio, & uide in ſequen. §.

Filius præſumitur in fraudem abſtinuiſſe, ſi poſtea reperitur omnia bona poſsidere, ſecus ſi partem. Bald. in l. cum eiuſdē, in lec. antiqua. ff. de ædil. edic.

Facta non præſumuntur. Bald. in l. mulier bona, ff. de iure do.

Factum præſumitur, quod fieri conſueuit. Bald. in l. incendiū, ad fin. C. ſi cer. petatur, & ideo

dominium

dominium ut ſolet præſumitur translatum.

Filia præſumitur conſentire patri, quia præſumitur ad eius utilitatem propter affectum paternum. Bald. in l. Senatus, num.4.C.ad Velleia.

Fraus prȩſumitur ex ceſsione facta mala fide, & ſub quadam ſimulatione cauſa uexandi reum, & dicitur litis redemptor, & prȩſumitur ſimulatio fraudis. Bal.in l. per diuerſas, num.1. C.manda.nam ſi prȩſumitur eſſe litis redemptor, ergo præſumitur ceſsio facta mala fide. vide omnino, ꝙ no.contra Muſegoncellos pro me.

Filius prȩſumitur, ꝙ ex pecuniis paternis, & hȩreditariis aliq̃d ſecum portauerit, cum ante eius aduentum illius mortuo patre cum cȩteris fratribus ſe immiſcuerit, & ex illis prȩſumuntur habuiſſe principium niſi aliud probetur. l. filiæ licet, C.de colla. ubi pecunia cẽſetur profecta ex bonis paternis, niſi oſtendatur aduẽtitia, uel caſtrenſis.ita Bertran.cõſi. 39.num.17.in 2.uol.

Filius domum habitando paternam immiſcuiſſe ſe hæreditati præſumitur. Idem accipiendo fructus. Bal.in l.1. C.de repudianda, uel abſtinen.hȩredi. & uide in ſeq.lectura.

Fratres poſt mortem patris, qui remanſerunt in communione, quãdo præſumuntur ſocij omnium bonorum, & ſi quid acquirunt, acquirant ſocietati, & alia bona, uide per Bal.in l.cũ oportet, num.9. C.de bon. quȩ libe. uide omnino, & ibi ſi q̃s pro maiori parte eorũ acquiſiuit, ꝙ etiam cenſeatur in minori acquirere ſocietati &c.

Filiationis probatio triplex eſt, neceſſaria, probabilis & præſumptiua, neceſſaria probatio concludit quo ad mortẽ, quia certa, probabilis, quo ad patrem, quia natus ex uxore in domo uicinis ſcientibus l.filiũ ff.de ijs, qui ſunt ſui, & iſta probatio probabilis eſt maior, quàm probatio præſumptiua & honeſta coniectura inhoneſtam prȩſumptionem fauore innocentis prolis excludit.

Prȩſumptiua uerò probatur filiatio per actus ext inſecos, ut, quia pater uocabat eum filium ſuum, uel mater & alij cõſanguinei. vide Bal.in l.prius, num.52.C.qui accuſ.non poſſunt, & uide in l non ignorat, C.qui accuſa.non poſſunt, ubi etiã dicit, quòd probatur prȩſumptiuè filiatio, quia mater lactabat, nutriebat, & tractabat in omnib. uerbis & factis, tanquam filium.

Famuli omnes præſumuntur fugitiui. Bar. quem nõ ſequitur Bal.in l.in his rebus. §. nam is 2.col ad prin. ff. ſoluto matrimonio,

monio, ſed dicit Bald. quòd omnes famuli non ſunt fugitiui, ſed fures.

Facere quilibet poteſt in ſuo quicquid placet, dummodo non faciat animo nocendi aliis. in dubio nõ præſumitur habere animum nocendi, ſi ſibi notabiliter prodeſt. Bald. in l. 1. §. idem ait, ff. de aqua plu. arcen.

Falſitas non præſumitur in dubio, ſed potius ignorantia, & qualitas perſonæ falſitatis pręſumptionem refellit. Aſinius inter conſi. crimi. diuerſorum. conſi. 113. tomo 2. per Zilet.

Filius licet patris ſui hæres ſit, tamen nunquam præſumitur ęius hæreditatem adiuiſſe, niſi probetur. Herculanus de negatiua, num. 269. pag. 188.

Facta non præſumuntur, niſi probentur. Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de colla.

Filius magis ille præſumitur, qui alimentatur ut filius, quàm ſi filius nominetur. Gozadin. in conſi. 13. num. 34.

Falſitas non eſt pręſumenda, ſed potius uarietas loci, & temporis, ut ſaluetur inſtrumentum. Grammaticus conſi. ciuili 65. num. 13.

Fraus maximè regulariter inter coniunctos præſumitur, ut colligit Bar. in l. poſt cõtractum, ff. de dona. Grammat. conſ. ciuili 127. num. 3.

Falſus in uno præſumitur falſus in reliquis. Grammatic conſi. ciuili 141. in fine.

Feudales res & fructus pro maiori parte per hoc præſumitur eſſe feudales. Grammaticus conſi. ciuili 151. num. 3.

Fugere non præſumitur ſcholaris, qui commiſit delictum in ciuitate ſtudij, & petens domum, quia præſumitur, quòd iuerit cauſa componendi res ſuas, & uiſitandi amicos & cõſanguineos. Io. de Amicis, conſil. 70. num. 18.

Fraus præſumitur in eo, qui meliores res alienat, multo magis in eo, qui magnas res alienat. Ioan. de Amicis conſi. 31. num. 5.

Filius quidquid facit occaſione patris, & eo ſciente, præſumitur factum de eius uoluntate, ut eſt cõmunis opinio, de qua Cur. ſen. conſi. 41. num. 7. quē refert & ſequitur Iulius Clarus q. crimin. 86. uerſi. ſecundo infertur, uerſi. ſcias tamen.

Furtum in dubio a cuſtodibus factum præſumitur. Io. de Amicis in conſi. 60. nu. 4.

Filius præſumitur hæres patris, quando agit, ſecus ſi conuenitur. Io. de Amicis conſi. 61. nu. 4 & ſeq. uide omnino.

Fallitus præſumitur ſi infra breue tempus rupit & decoxit. Natta conſi. 341 num. 4.

Feneſtra in muro ꝓprio, ex qua proſpiciatur in hortum, uel in aream

aream uicini non poteſt fieri ad æmulationem, ſed ad utilitatem propriã ſic, & in dubio non præſumitur fieri animo nocendi uicino. Firmanus in reperto. in uer. feneſtrã, uerſi. ultimo.

Furtum ſemper præſumitur factum contra uoluntatem patroni. Papias in forma inquiſitionis, uerſic. prçter & contra uoluntatem, num. 1.

Filius nullus præſumitur remanſiſſe poſt mortem patris, ſi iudex miſit exploratores in uicinia referentes ſe inueſtigaſſe, & iuueniſſe, ꝙ nullus filius remanſit, & exploratores referant ſe diligenter exploraſſe & inueſtigaſſe & non potuiſſe certiores fieri, nam prçſumitur pro allegante liberos non ſuperextaſſe. ita Alexand. cõſil. 39. num. 2. in 1. vol. qd' no. cõtra I.C. Bartholomæũ Menolium de Monte Seſtino ſubdito Pedemontano.

Fiſcus ubique eſſe præſumitur ſemper, & ubique præſens. Redoanus de ſpoli. q. 14. nu. 66.

Fatuitas in dubio magis præſumitur quàm donatio. Ioan. de Amicis conſi. 62. nu. 15.

Facere quis artem fabri in domo ſua, quæ eſt pars inferior domus cũ aliquo, qui habeat partem ſuperiorem, non præſumitur in dubio ad iniuriam. Ioan. de Amicis conſi. 104. nu. tertio, & per totum.

Frater præſumitur habere affectionem ad cauſam ſui fratris, ut ſcilicet uincat. Io. de Amicis in conſi. 145. nn. 21. & ſeq.

Feciſſe quis præſumitur illud eo modo, quo tenebatur ex forma actionis. Crauetta conſil. 231. num. 14.

Filiusfamilias præſumitur acquiſiuiſſe ex pecuniis patris, quãdo emit nomine proprio, & eſt pauper. Crauetta conſi. 243. nu. 7. ad fin. in 2.

Facere uelle quis non præſumitur, quod eſt prohibitum, & impoſsibile de iure. Crauetta conſi. 245. num. 12. in 2. uolu.

Forenſis præſumitur ſcire ſtatutum loci, in quo contrahit ex longa conuerſatione. Crauetta conſi. 249. num. 5.

Fideicommiſſarius præſumitur ſcire fideicommiſſum, & quomodo, ponit Crauetta in conſil. 255.

Filius in dubio prçſumitur ignorare codicillos. Crauetta conſil. 257. num. 2. in 2.

Frequentans locum præſumitur ſcire facta loci, & quæ ibi fiũt. Alexand. conſil. 81. col. 2. poſt med. lib. 4. de quo Crauetta conſi. 271. nu. 8. in 2.

Contra fiſcum quod non eſt expreſsè ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt inuentionibus fiſcalium præſumendum. Crauet. Conſi. 280. colum. fin. in princ.

in 2.volum.& ibi Crauetta inſurgit contra fiſcum,& contra commiſſarium fiſcalem, dici poteſt, legem pone mihi Domine,ut in ſimili dicit Bal.cõſil.340 pręmitto, in fi.lib.3. & fiſcus eſt ſicut lien,quo tumeſcente, neceſſe eſt, ut reliqua reipublicæ membra ſicut corporis humani marceſcant & putreſcant, & contabeſcant, ob id dicere ſolebat,quòd iuuat cernere ęrarium ſilens, & quietum, quod dictum refert & commendat Plinius in Panegirico. vide omnino Crauettam ibi.

Facere quis non pręſumitur, per quod in periuriũ incidit Crauetta conſi.282.nu.4 in 2.

G

GEnerare præſumitur habilis no. Bar.tex. in l.filium, ff.de iis,qui ſunt. Martin.Lauden.in conſil.31.nu. 5.quando ſcilicet eſt potens. Pariſius cõſil.26.nu.16.in 2.uol. uide poſtea,ubi ipſe Pariſius facit conſilium ſuper potentia generãdi,tam in mare, quàm in fœmina.

Præſumitur in dubio pro grato & non pro ingrato in his, quæ ſunt honoris, ſed in his, quę ſunt oneris præſumitur pro ingrato.l.Lucius, §.Lucius, ff.de leg.1.& dicit Bald. in l.uoluntas,C.de fideicommiſsis.

Generaliter pręſumitur, quod olim fuit, idem & hodie eſſe, unde præſumitur rem, quę olim extitit,etiam hodie extare,niſi probetur amiſſa. Alcia. regula 2.pręſump.25. de præſumptio.

Gratus præſumitur, niſi probetur ingratus.l. omnimodo,C. de inoffi.te.& unuſquiſq; pręſumitur perſona grata & fida. Cephal.conſi.133.nn.43.lib.1.

Grauare partem iudex præſumitur,qui breuem terminum in citatione ſtatuit,ca.1.de d.la. facit,quòd no.de conſti. ca.ex literis,& C. de decurio. l.quãuis,in fi.ubi Luc.de Penna.

Gratia non præſumitur, & ideo pręſumitur,quòd quis habeat aliquid iure ſuo, nõ de gratia, niſi in caſu.Abb.in c.bonæ memoriæ 2.num.19.de poſtulat. prælato.

Genealogiam ſuam quis ſcire p̄ſumitur, & ignorantiam allegans non auditur. c. uidetur, nume.3. qui matri.accuſa.per Abb.

Generales præſumptiones non pręferuntur magis ſpecialib. ſed bene econtra. Gratus reſpon.118. nu. 21. uol.1. Gratus reſpon. 11.nu.37.uol.2.reſpon. 8.nu.8.eo.uol.reſpon.2.nu.67. reſpon.43.num.41. reſpon.60. nu.14.eo.uol.

Præſumptio non eſt, quòd quis ſine

ſine urgēti cauſa ſemetipſum imoderatè grauare uelit. Gratus reſpon.30.nu.8.uol.1.

Gradum non eſt dare in præſum ptionibus. Neuizan.conſil.81. num.24.

Gabellam fraudare præſumuntur portantes merces per alienas uias quàm publicas l. pen. ff. de iuriſd. omnium iudicum. Pet. Rauennas in ſuo Alphabeto aureo, in uer. Gabella.

Grauida mulier pręſumitur à marito ſuo cum quo habitat. Alexand. conſi.157. nume. tertio, in 5. uolum.

Geſtum nomine alterius nō præſumitur à me ratū haberi. Gratus reſpon.90.in 3.nu.19.

Grata & ſide præſumitur unaquæque perſona. Cephal. in cō ſi.133.nu.43.in 1.

Præſumitur, q̄ aliquis habeat aliquid iure ſuo, non de gratia, niſi in caſu, quia gratia non præſumitur, niſi probetur. Abbas in c. bonæ, nu.19. de poſtula. prælato.

Gloſſa in dubio pręſumitur tenere illam opinionem, quam in fine ponit, Iaſ. in l.1. §. & poſt operis, nu.12. ff. de operis noui nunc.

Gubernatio mala p̄ſumptio eſt, vt uulneratus non ſit ex vulnere mortuus. Blancus in pract. fol.137.nu.3.

Geſundium facit præſumi cauſam finalē. Tiraquellus in ſuo ceſſante cauſa. Limita.1. nume.79.

Grauatus, qui patitur fideicommiſſarium poſſidere, præſumitur præſtitiſſe illam patientiā ad effectum reſtitutionis faciēdæ. Pariſius in conſil.53.n.112. in 3. uol.

Gabellas fraudare licet de iure communi, etiam in foro animæ & conſcientiæ, ubi nō cauſa mercaturæ, & negociationis, ſed pro uſu ſuo, & familiæ tantum emuntur ac portantur, & uehuntur, & conſuetudo contraria non tenet, Apoſtilla ad conſ. Marti. Lauden. 39. nume.8. limita, ubi ex cauſa gabella, pedagiu, uel collecta imponeretur. lim.2. niſi ex longa conſuetudine hoc fieret, quia eſt præſumendum ſi ex more antiquo hoc faciunt, cuius nōn eſt memoria in contrarium, quòd hęc fecerint fauore publico, pro ſubueniēdis neceſſitatibus publicis. ibid. nume.9.

Grauatus quis præſumitur reſtituere poſt mortem in dubio. Pariſius in conſi.81.num.6.in 2.volum.

Grauatus quando patitur fideicommiſſarium poſſidere, in dubio præſumitur præſtitiſſe illam patientiam ad effectum reſtitutionis faciendæ. Pariſius conſi.53. nume.112.in 3. volumine.

Gratiam

Gratiam poteſt facere Princeps de plenitudine Poteſtatis, et nemine citato ſi ex cauſa facit, quæ præſumitur ex clauſula ex certa ſcientia. Firma. uer. gratiam.

Gabellam non ſoluens ad portã præſumitur uelle fraudare gabellam. uide omnino Roland. à Valle in conſil. 42. nu. 14. & per totum conſi. in 3. uol. ubi, quando quis excuſatur à ſolutione gabellæ.

Gerens ſe pro hærede tranſmittit hęreditatem, niſi adſint in contrarium præſumptiones. Bal. conſil. 142. nume. 2. in 3.

Grauatus facilius præſumitur ille, qui habet facultatem rei p̄ſtandæ, quàm ille, qui non habet, ſed oportet eàm redimere. Bal. in l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de lega. 2.

Gabellam fraudare præſumitur, qui incedit per uiam non directam, ſed inſolitam. Bertran. conſi. 316. nu. 8. in 2. volu. lib. 1. in antiquis. Item qui facit cõtrà generalem conſuetudinẽ item, qui non ſoluit gabellam ad portam præſumitur uelle fraudare gabellam. Niſi eſſet inſolita gabella. Brunus in reperto. ſuo, in uer. dolus. vide omnino lib. 3. repetitionum.

H

Habitãs non pręſumitur hãbere animum recedendi, ſi habet in loco tabernam uel officinã, uel domum, aliàs ſic. Bar. in l. hęres. §. perinde. & ibi. no. ff. de iudi.

Habitus facit p̄ſumptionẽ. Bald. in l. direc. C. de manu. teſtamẽto. & Alexand. in l. item apud. §. ſi quis uirginem. de iniuriis.

Hęres ſuus non præſumitur, uel extraneus ſcire tenorem codicillorum. Firm. ver. hęres ſuus, & hæres ante aditionem non præſumitur ſcire teſtamentũ, et ſi eſt cõiuncta perſonã. ſed poſt aditam ſic. ibidem. Item hęres præſumitur habere teſtamentum apud ſe. Et an hæres pręſumatur immiſcuiſſe ſe hæreditati, uel abſtinuiſſe? ibi. Item hæres ſuus & neceſſarius non pręſumitur ſcire tenorẽ teſtamentarium, quoniam poteſt adire etiam clauſo teſtamento, non extraneus, qui nõ poſſit adire, niſi teſtamento aperto, præſumitur ſcire tenorem, quòd uerum, niſi fuerit abſens. & hodie hęres etiam ſuus præſumitur ſcire tenorẽ teſtamẽti, cum hodie non ſtat in ſcriptis, & maxime ſi hęres incepit ſoluere legata. uide tamen Firman. verſi. hæres ſuus.

Hæres grauatus præſumitur duplici præſtatione l. vxorem. §. 1. ubi Bar. ff. de leg. 3.

Hęres uſurarii non præſumitur habere librum rationum teſtatoris

toris.Niſi,ut per Firman.verſic.iſto.

Hæres non faciens inuentarium præſumitur adire hęreditatē lucroſam, & tenetur ultra uires hęreditarias. Non tamen perdit legitimam.Firma.uerſ. hęres adit hęreditatem.Et pſumitur adire ex non facto, ut quia heres debitor ſuccedat creditori, & non ſoluat aliis. Item quia non compenſet, ca ſu quo pęna incurritur.

Hęres non conficiens inuentariū præſumitur ſubtraxiſſe de bonis hęreditatis. Firmanus uer. hęres inuentarium. vide plura per Caſſan.in conſuetu.Burgun.§.6.rub.6.nu.9.fol. 221. & eſt præſumptio iſta iuris &c. ut ibidem.

Hęreticus præſumitur de præſenti,qui fuit olim,ſed de pręſenti non pręſumitur in futurum. Firman.

Homo pręſumitur ſcire ius.Ang. in auth.de inceſtis nupt.§.1.in fi.col.2.

Hoſpitale pręſumitur cōſtructū cum auctoritate Epiſcopi, ſi in eo Miſſæ celebratæ ſunt. Archi de cōſecra diſt.1. nemo.

Hęreticus quis præſumptione ēt uehementi non accuſatur, vel inquiritur, nec ex leui & modica præſumptione poteſt damnari plura ad rem Pariſius in conſilio 2.nume.99. & per diſcurſum. in 2.uol. Nec hæreticus eſt, qui comedit carnes propter ſanitatem in die veneris & ſabbathi, & in quadrageſima, nec qui in quadrageſima non ieiunat, nec qui audit miſſam iuſto impedimento detentus,nec qui ſpatiatur in eccleſia.Pariſius conſi.160.numi. 67.& pluribus ſeq.in 4.

Hęres qui ex conſtituto poſſidet defuncto teſtatore, ſi petat ſe manuteneri in poſſeſſione,nō ſibi in aliquo præiudicat, & urbanius hoc agendo,& auctoritate propria accipiendo poſſeſſionem non ſibi præiudicat ſed præſumitur hoc facere pro ſua defenſione vide omnino Pariſiū in conſil.vlt.in vlt. vol. per totum.

Hypothecæ res ſpecialiter ſuppoſita præſumitur ſufficere pro ſatisfactione debiti. Chacheranus deciſio. Pedemon. 159. nume.2.

Hæreditatem adiuiſſe quis præſumitur, allegari tamen debet.Siluanus conſil.93. 10.nu.

Homo præſumitur,animal rationale,& amicus ipſius rationis l.filius.ff.de condit.inſti. Bald. conſi 343.in prin.vol.1.

Habilis quilibet præſumitur.Bal conſi.334.nume.3. in ſecundo uolum.

Hæres præſumitur habere ſcripturas.Bal.conſ.310.nu.10.in 3.uolu.

Hæres præſumitur ſcire, quæ fecit

cit defunctus. ſed debet intelligi de extraneo, qui aliàs nõ poterat ſuccedere, niſi per teſtamentum, uel probabiliter dubitare. An filius eo ipſo, ꝙ filius hęres eſt ſecundum Apoſtolum. Bal. conſi. 403. nume. 5. in 3. uolu. Et filius abſens non præſumitur ſcire teſtamentũ. quia ex diſtantia loci præſumitur ignorantia, & ex uicinitate ſcientia. Bal. conſi. 404. nu. 2 in 3. & . facta non præſumitur ſcire filius. & habita ſcientia inſtitutionis præſumitur ſcire cętera eiſdem tabulis contenta. ibi, quia totum debet edi hæredi. & no. ꝙ hęres pręſumitur ſcire ſcripturam teſtamẽti. Fallit, ſi eſt hęres abſens. & uerum eſt, quòd uoluntarius hęres præſumitur ſcire ſcripturam teſtamenti poſt aditam hęreditatem, neceſſarius uerò hęres nõ præſumitur ſcire eam, niſi poſtquam ſe immiſcuit in bonis, ut l. eius qui in prouincia. ff. ſi certum petatur. Bal. in l. & ſi poſt tres, fol. mihi 124. columna quarta. circa princ.

Habilitas pręſumitur. Nã quando conſtat de facto pręſumitur, quòd potuerit de iure fieri, nec pręſumitur inhabilitas niſi probetur. Bald. in l. ab ea parte. ff. de proba. unde ille, q eſt in quaſi poſſesſione iuriſdictionis tanquam ordinarius p̃ſumitur ordinarius, niſi cõtrarium probetur, ut ibi. Et quotieſcunque actus habet debitam formã, ibi pręſumitur habilitas in perſona. Bald. in l. cũ minorem C. de proba. nu. 1.

Habitus, in quo habitu quis repe ritur talis eſſe pręſumitur. Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt; num. 3. & qualitas pręſumitur in eſſe quæ ineſt generi ſingulorum, niſi cõtrarium probetur. ut quòd aliquis ſit popularis. Nam hoc pręſumitur, niſi ſit Magnas & probetur.

Hoſpitale pręſumitur erectũ auctoritate Epiſcopi. Beniatendius deciſ. Bono. 13. ubi plura etiam de Hoſpitali.

Homicidium in pręrorio, uel eccleſia factum pręſumptio eſt, ꝙ eo acceſſerit homicida ad homicidium committendum ex magna cauſa & deliberatè. Follerius in prac. Cano. titulo auditiſque aduocatis, nu. 51.

Hęres poſt aditam hęreditatem p̃ſumitur indiſtinctè ſcire omnia contenta in teſtamento. Bertrandus conſi. 155. nu. 2. in 3. uolu.

Habilis quilibet pręſumitur. l. ab ea parte. de probatio. Firma. uerſi. pręſumitur idoneus. & in uer. perſona, cap. fi. extra de pręſump. l. huiuſmodi. §. legatum. ubi Iaſ. ff. de leg. j. Alcia. conſi. 30. nu. 16. in 2. Rim. con-

ſilio

ſi.486.nu.8.in 3.

Habilis quilibet ad generandum preſumitur,niſi probetur inhabilis.Alcia.regula prima, pręſump.41.

Pręſumptio eſt contra ſuſpicatũ de homicidio, qui ſe iactauerat, quòd occiderat, aut occidi fecerat defunctum, & ad id potens erat. Milleus fol. 118. num.28.

Hauſtum quis legare p̃ſumitur cum quis legat iter ad fontem Litem ſi.§.fi.ff. de ſerui. ruſtic. prędio.

Hęredi ſuo prouidere pręſumitur, qui pro ſe aliquid paciſcitur l.ſi pactum. ff.de probat.l. ſi tibi 10.§.ſi pactus.de pact.& quod ibi no.& ff.de arbit.l.dic proferre.§.1. & de pign. actio. l.ſi neceſſarias. ubi vide concordan.

Hæredem inſtituens, uel aliquid legans filiofamilias ſub conditione, ſi emancipatur à patre etiam rogare patrem, ut filio hæreditatem, aut legatum reſtituat l.quamuis.C.de fideicõ miſsis.

Hæres ſemel ſemper præſumitur heres l.& ſi ſine §. ſed & ꝑ Papinia.cum concordan. ff.de mino.

Non præſumitur quis ſubtrahẽs ex hæreditate malo animo inde ſubtrahere. l.aduerſus. C. fami.erciſcun.

Præſumitur per uiolentiam tractus ab hæreticis, ſi ultra mẽſem ſteterit, non tractus per uiolentiam 1. q.1. conſtat. & no. 18.diſt.peruenit.

Hęres adiens hęreditatem,cuius partem cohęres repudiauerat ſe uelle omnibus oneribus implicare præſumitur l. ſi duo.ff. de acqui. hęre.

Hæres ſcriptus aliquid agendo, ut hęres,uelle eſſe hęres p̃ſumitur l.ſi duo. ff. de acquiren. hæred.in princi. de quo ibi latius Dy.

An quis præſumatur tenere non tanquam hæres, & tanquã de re, de qua fit mentio in teſtamento. Bald. conſi.79.nu 6.in prima parte.

Hoſpitale edificatum per quem præſumatur ędificatum. Bal. conſil.378.nu.11.in 1.par.

Hęres quis eſſe præſumitur poſſidendo bona mobilia, uel immobilia.Bal.conſi.85.nume.1. in 2.parte.

Præſumptiones non excuſant hęredem, quando expreſsè conſtat illum fraudulenter res aliquas in inuentario non appoſuiſſe. Gratus reſp. 12.nu.38. in 2.uol.

Præſumitur in dubio, quòd in hęreditate tantum remaneat quantum ſufficiat pro ſatisfactione legatorum factorum. Capra conſi.18.nu.23.

Præſumptio iuris & de iure admitti etiam probationem in

contrarium propter honeſtatem alicuius perſonę. Alba cõſi.95. nu.9.

Præſumptio, ꝙ quis habet, quæ iam habebat, non procedit in rebus mobilibus pſertim mercimoniis, quæ facilè perduntur. Alcia.conſi.90.lib.5.

Præſumptiones, quibus homicidium, uel uulnus causa defenſionis prçſumatur factũ. Marti.laudẽ conſi.58. & ibi apoſtill. & præſumptio mala contra homicidam protinus exoritur l. 1.C.ad l.Corne.de ſica. Zannetinus in l.ut vim. nume. 33. in prima parte, ff. de iuſtitia & iure.

Habere de præſenti præſumitur qui habuit in præterito. Firm. in reper.uer.habere.

Habitus facit præſumptionem. Bald l.direc.C.de manu.teſta. Alex.l.item apud.§.ſi quis uirginem.ff.de iniuriis.

Lex prçſumit quem hçredem ab inteſtato. & quare? uide per Alcia.conſi.62.nu. 8.lib.8.

Hçres præſumitur habere ſcientiam ſtatuti ſuæ originis. Plotus inter conſil. diuerſorum. conſi. 168.nu.46.uolum. 1. per Zidetum.

Hçres an prçſumatur habere ſcripturas defuncti. Bal.in conſi. 310.lib.3.nu. 10.

Hæres non præſumitur, qui ex uerbis non exprimit. Bar.in l. Neſennius.ff.de excuſatio. tuto.& in l.Labeo. ff.de ſuppellectili lega.

Hçres præſumitur habere teſtamentum apud ſe. Firman. in reperto.

Hæres ſuus an præſumatur immiſcuiſſe ſe hçreditati, uel abſtinuiſſe. Firm in reper.

Hæres ſuus & neceſſarius nõ prçſumitur ſcire tenorem teſtamentarium: quoniã poteſt adire, etiam clauſo teſtamento, non extraneus, qui cum non poſſit adire, niſi teſtamẽto aperto, præſumitur ſcire tenorem. Firma.in reper.

Hçres ſuus non præſumitur, uel extraneus ſcire tenorem codicillorum. Firma.ubi ſupra.

Hæres ante aditionem non præſumitur ſcire teſtamentum, ẽt ſi eſt coniuncta pſona, ſed poſt aditam ſic. Firma.ibi.

Hçres uſurarii non prçſumitur habere librum teſtatoris. Firma.in reper.

Hæres præſumitur adire ex non facto, ut qa hçres debitor ſuccedat creditori, & non ſoluat aliis. Item quia non compenſet, caſu quo pœna incurrit. Bar.in l.gerit 10. colum. ff. de acqui.hære.

Hçres bibens uinum & comedẽs frumentum hæreditatis & negans præſumitur adiuiſſe. & repudiare non poteſt. & tenetur inſolidum creditoribus & legatariis. Ange.in l.ſi quis dederit

derit. §. prætor. ff. de acquir. hæredi.

Loqui quis non pręſumitur in ge nerali ſermone, uel actu, uel diſponere contra illos de ſuo genere, uel ſanguine. Ita dicit Bald. in l. 1. circa medium, ff. de ſtatu homi.

Legatur eccleſiæ, & dubitatur ſi eccleſiæ, uel ſacerdoti ſit lega tum, cui præſumatur in dubio relictum. vide per Guid. Pap. de pręſumptio. nume. 68. quid ſi legauerit eccleſię, nec dixerit cui eccleſię, ibi. num. 69.

Laicus effectus clericus facto delicto, an præſumatur id feciſſe dolo, & ad quem iudicem laicum, uel clericum ſpectet criminis cognitio. Guid. Pap. de præſump. nu. 91.

Legatum ubi annuatim relinqui tur pauperibus præſumitur, ꝙ pro alimentis, ut no. Bart. in l. cum qui. §. 1. ff. de uerborum obligatio.

Libellum non ſufficit concludere præſumptiuè. Bartol. l. cum quid. ff. ſi cert. peta.

Licere omnia pręſumuntur, niſi reperiantur prohibita. Specul. de proba. §. 1. uer. ſequitur, circa med.

Ligatus potius quàm ſolutus q̧s præſumitur, ubi eſt dubium, quòd animæ pręiudicium affe ratur. in additio. ad Bartol. de præſumptio.

Legans quicquam rectori alicuius eccleſię affini ſuo, præſumi tur legaſſe contemplatione ip ſius, non autem contemplatio ne eccleſiæ. Alciat. de pręſumptio. regu. 1. pręſumpt 28.

Libido in ſenectute minui pręſu mitur. Alci. de pręſump. reg. 1. pręſumpt. 53.

Libris & rationibus defuncti ma ior fides adhibetur, quàm libris & ſcripturę uiuentium, quia animus defuncti non ita corruptus p̄ſumitur, nec corrumpi poteſt. uide Guid. Pap. deciſ. Delphina. 441. ubi quan do liber mercatoris probet. uide Beroiumq. 65. nu. 7. & uide etiam Soc in conſi. 161. nu. 3. in 1. deciſ. Tholoſona 496. Boerius deciſ. 105. nume. 5. in 1. parte.

Pręſumitur pro laudo, ſeu ſenten tia arbitri. Alciat. de pręſumptio. regula 3. præſumpt. 12.

Bald.

Bal.conſi.2.in 3.parte, num.5. in nouis. Iaſ.conſi.12.in 1.limi ut per Iaſ.conſi 88.in 1.

Liberum præſumitur omne prædium, niſi probetur ſeruum. C. de ſerui.l.altius, argum. ff. de fideicommiſſar. liber. l. ſi eum ſeruum.

Licere omnia de iure præſumuntur, niſi probentur non licere l.necnon.ff.ex quibus cau. ma. & de proba.l.ab ea parte.

Laicus quis præſumitur, ex quo laicus naſcitur, niſi probetur clericus ordinatus 2.q.1.legū. & no.Io.And.in regula ſcienti. de regu.iur. in 6.

Legatū ademiſſe præſumitur teſtator donans rem quam legauerat l.rem legatam.ff.de adimen.lega.& l.cum ſeruus.Si autē alienauerit diſtingue, vtrū neceſſitate rei familiaris, uel non.ff.de leg.3.l. fideicommiſſa.§.ſi rem.& inſtitut. de legat. §.ſi rem.

Leges ſcire uir præſumitur. in auth. de inceſtis nup.§.1.

Non præſumitur ex generalibus uerbis fideicommiſſi directis in filium, cui & portio hæreditatis data eſt adeptum legatū ei, cui nihil aliud in teſtamento relictum eſt l.uxorem.§.Feliciſſimo.ff.de leg.3.

Latitare fraudandi cauſa nō pręſumitur, qui ſi iudiciū acciperet, abſolui deberet l.eo tpe.ff. de pecu.in prin. dic ut ibi.

Laboribus inanibus quis non p̄ſumitur ſe fatigare.no.Inno.c. nonnulli, de reſcrip.Nam cum labor eſt in damno, uel in darno, mortalis creſcit ægeſtas. Nam nemo debet manducare labores noſtros, cum diligentia & opera alicuius damnoſa eſſe ſibi non debeat l. ſi.ubi gl. C.de allu.& palu.& in §. ne autē labor in auth. de iud. col. 6. ꝙ no. ꝓ donis doct.labor.n.ſine fructu eſſe nō debet optat enim pręmia quiſque labor 7. q.1. & Can. charitatem 12.q.1.

Litigioſus p̄ſumitur animos Principum ſibi adulando conciliare, quamquam detrahendo fratribus ſuis notam ingerat, & quòd ſeminare diſcordiā nunquam ceſſet 46.diſt.ecce.

Libellum reperiens famoſum, illumque non corrūpit, aut conſumpſit, ſed uim eius manifeſtat, præſumitur eum conſcripſiſſe l.unica. C. de famoſis libellis.

Loquens faciliter præſumitur ad pauca reſpicere 2.q.1. Deus omnipotens.6.q.1.quęro,& 50. diſtinct. ponderet, & Ariſto. 1.de generatione.

Malus prælatus præſumitur timere bonum ſubiectum. C.de pala.ſacro.largi.l.priſco, lib.12.

Ludo noxio præſumuntur crimina ſequi & damna, cap.primo. de præſump.

Legatum præſumitur adeptum, ſi inter

ſi inter teſtatorem & legatarium graues interuenerunt inimicitię, ſecus ſi leues. non ſic in hęreditate, quæ non ita leuiter adimitur l. 3. §. fina. ff. de adim. lega. & quod ibi no. & l. ex parte.

Legatum pręſumitur relictum ciuibus .i. adminiſtratoribus Ciuitatis ipſi Ciuitati eſſe relictũ l. 2. ff. de reb. dub. ubi no.

Legatum peculium præſumitur adeptum filiæ, ſi poſt teſtamentum factum debitorem teſtator exegit l. filio, in princ. & in fi. ff. de adim. lega.

Liberatione debitori in teſtamẽto relicta præſumitur potius ex cauſa fideicommiſſi, quàm aliter debitor liberatus. C. de donat. l. ſi donatio. & not. C. de falſa cauſa l. 1.

Præſumitur ꝑ laudo, niſi pẽdeat reclamatio. Abbas in ca. quoniam contra, num. 29. de probat. Anto. in cap. in præſentia. nume. 13. de renunciatio. Rimin. conſi. 158. num. 14. & 15. & conſi. 309. nu. 17. Rim. conſi. 58. nume. 13.

Legatum factum uxori diuiti an præſumatur factum pro alimẽtis. Bald. conſil. 255. in 2. parte nume. 2.

Longi temporis præſumptio non iuuat in poſſesſione. Soc. conſi. 11. nu. 7. in 3. vol.

Præſumptio legis. cum acutisſimi, non habet locum, quando apparet, quòd teſtator uoluit conſeruare lineam maſculinã. Soci. in conſi. 14. nu. 7. in 3. uol. Et non militat, niſi deſcendentibus exiſtentibus. Soci. conſi. 94. nu. 12. in 4.

Præſumptio l. merito, ff. pro ſocio. poteſt allegari ab eo, qui dicit ſe dolo feciſſe. Soci. conſi. 13. nu. 27. in 4. & habet locum ad abſoluen. non condemnandum. Soci. in conſ. 57. nu. 17. eo. uolum. 4. Et ceſſat d. præſumptio ſequuto delicto. Rui. conſi. 6. nu. 4. uol. 5. & l. iſta merito. & eius præſumptio procedit in reo, ut abſoluatur, non in actore ad fundandam eius intentionem. Crauetta conſil. 57 nu. 6. & conſ. 132. nu. 18

Præſumptio ſemper debet fieri pro eo, quod leuius & minus eſt l. ſemper in obſcuris. de reg. iur. cum multis ſimilibus. de quibus ꝑ Modernos in tractatu de uſuris nu. 212. Et quãdo præſumptionis cauſa ſit ſufficiens ad probationẽ, & quando non, ponit Oldradus in tractatu de probatio. in princip. nume. 18.

Præſumptio eſt urgens legitimatos uoluiſſe excludere teſtatorem, quando requiſiuit legitimè natos. & iam aderant naturales, qui de facili poterant legitimari. Gratus reſpon. 29. nu 47. uol. 2.

Pręſumptiones duæ ſufficiunt ad demon-

demonſtrandum ſub uerbo li beris in conditione poſitis fœminam non comprehendi. Gratus reſpon.11. numero 44. uolum.2.

Præſumptio quæ pro aliquo eſt, operatur, quòd leuiores pro eo ſufficiunt probationes. Crauetta conſi.75.nu.12.in 1.

Præſumptio.ubi eſt contra aliquem fortiores in eo requiruntur probationes, immò apertisſimæ, & tales teſtes, de quibus non fit aliqua uerifimilis dubitatio, quòd debeat deierare. Crauetta conſi.75.num. 12.in j.

Præſumptio an posſit oriri, uel haberi pro aſſertis in Laudo. Butrius conſi. 32. nu. 2. vbi dicit quòd ſic.

Præſumitur ꝓ libertate. Caſſane. in conſi.54.nu.1.

Præſumptiones plures, quòd ſint neceſſariæ in legato annuo. Bar.in l. de pupillo. §. ſi pluribus, nume. 2. ff. de operis nou. nunciat.

Præſumptio eſt contra non legitimum. Gome. de annali poſſ. q. 58. litera E.

Præſumptio nulla ſiniſtra eſt habenda contra eum, ad quem nil lucrari ſpectat. Cephal.con ſi.76.nu.48.

Præſumptio non minus eſt pro legato quã pro iudice. Crottus in conſi.134 & 158.nu. 12.

Laicus quilibet præſumitur, & cõtrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Bellonus conſil. 57.nu.6.

Præſumptio an posſit libellũ ualidare Rota deciſ.6. nume. 2. in nouis.

Præſumitur pro laudo arbitri & arbitratoris, quòd iuſtè latũ ſit. Niſi pendeat cauſa reductionis. Milleus in reperto.

Ligare ſe ipſum nemo præſumitur in dubio.l.ſi peculium.§.ſicut autem.§.fin.ff.loca. cum ſimi. vt per Crauettam de antiquitate temporis, parte 3. nu. 224.pagi.340.

Laici præſumuntur habere odio clericos 2.q.7.laicus.& c.clerici. Firm.uer.iſto.

Legatum præſumitur factum alicui ob amicitiam, & ideo legatum præſumitur factũ amico, & ei qui magis meritus eſt. Bald.in l.uoluntatis.C.de fidei commisſis.

Legatum præſumitur factum contẽplatione eius, cui fit & non alterius. Niſi ſit factum ſacerdoti Rectori Eccleſiæ, ſed factum conſanguineo præſumitur factum intuitu ſanguinis. uide Bertachi.uer.legatum.

Liber præſumitur quilibet ab ortu, niſi probetur contrarium. Firma.iſto uer.

Liberatio præſumitur ſolennis, de qua apparet inſtrumentũ. Bal.l.ſi inter.C.de ſolut.

Liberatio præſumitur, ſi inſtru-

mentum reperitur cancellatū apud creditorem, non ſi apud debitorem, licet tunc faciat aliqualem præſumptionem, ſecundum qualitatem perſonarum. uide tamen Firma. uerſic. liberatio, ubi fuſius. & ibi an liberatio præſumatur facta debitori in omnibus, ubi creditor fecit quietationem.

Lis conteſtata præſumitur animo conteſtandi, ſi uerba ſunt apta ad eam. Firma. in repert. uerſi. lis.

Literæ, in quibus quis appellatur frater, uel ſoror non probant fraternitatem, uel ſororitatē, quia reuera nō eſt, ſed faciunt prẹſumptionem, niſi in contrarium probetur. Firma. in reperto. uer. literæ.

Literæ non probat præſumptiuè poſſeſſionem in rebus corporalibus. Bald. in l. non epiſtolis. C. de proba.

Locupletior in dubio an præſumatur, niſi appareat. Firma. in reperto. uer. iſto.

Lucrum præſumitur licitum in dubio. Bal. in l. cum oportet. in prin. C. de bonis, quæ lib.

Lex præſumitur pro primo dicto & quòd ſecundum emanauerit ad ſubornationem partis. Alciat. conſi. 20. nu. 13. in 2.

Libera eſſe præſumimus bona ſemper, & nulli uinculo fideicommisſi, uel alii ſubiecta. Alcia. conſi. 35. num. 26. lib. ult. & conſi. 36. nu. 1.

Liberationis præſumptionē non inducit ſolus temporis curſus. l. libertis. §. 1. ff. de alimen. & ci ba. lega. uide conſilium 99. nu. 13. inter conſi. Ziletti ciuilia.

Librum rationum non conficiēs habet prẹſumptionem contra, ſicut contra non conficientem inuentarium. Francus in conſi. 116. nu. 25. inter conſi. ciuilia Zilettí j. uol.

Loquella iuuenis cum amaſio inducit malam prẹſumptionem. quando non eſt intellecta per circunſtantes. iuxta quod in ſimili no. in l. ſi ita fidei. ff. de iure fiſci. Anto. de Pratoueteri. inter conſi. Ziletti diuerſorum Doctorum 136. num. 38. ubi fuſius. uol. 1.

Loqui non deliberatè præſumitur moriens, ſed mortis cogitatione turbatus. Anto. Fran. de Doctoribus inter conſi. diuerſorum conſiliorum, conſil. 158. nume. 37. volum. primo, per Zilettum.

Loquentes inuicem iuuenis & puella & colludentes de illicito ſe reddunt ſuſpecti, & quidem hęc læuis & temeraria dicitur præſumptio. Iodocus in prac. ciui. cap. 178. nume. 8. de probatione per præſumptionem.

Litem mouiſſe bono animo quis prẹſumitur. Petrus Rauennas in eius alphabeto, uer. expenſa.

ſa.fol.40. col. 2. uide omnino. quia etiam ibi ponit quando quis poteſt condemnari, uel non in expenſis.

Ludi cauſa fieri præſumitur, quãdo quis facit, quando ludit, ſicut facit, quando docet prçſumitur cauſa docendi. Bar.cõſ. 104.num.4.

Locus præſumitur appoſitus in inſtrumento propter coniunctionem cauſæ. Bald in conſi. 208.in 1.parte.

Legatum an prçſumatur ex tempore. Bald. conſi.396.nume.3. in primo.

Legatum pro alimentis non prçſumitur mulieri habenti magnam dotem. Bald.conſil.205. in 2.num.2.

Laudum arbitratoris præſumitur ritè & rectè latum. Bald.in conſi.8.num.6.in 3.parte. Pendente tamen reductionis petitione pro laudo non prçſumitur. Iaſ.conſi.88.num.3.in prima parte.

Libera præſumitur omnis res, niſi probetur ſeruitus eidem impoſita. Alexand.conſil.108. nume.4. in 2. uel eſſet fama in contrarium. Gozadin.in conſ. 50.num.8.& num.24. & procedit in dubio, aliàs ſecus, ibi. nume. 27. Rolandus in conſil. 32.in 3.

Litigans, ſi non eſt peritus, prçſumitur litigare per errorem coram incõpetenti iudice. Alex. conſi.183. num.8. in 2. uolum.

Laborans terras præſumitur habere notitiam de illorum redditibus. Alexand. in conſil. 1. num.14.in 6.volum.

Locus in forma eccleſiæ, ubi publicè celebratur, præſumitur conſtructus cum licẽtia & auctoritate epiſcopi. Alexand.in conſi.101.num.3.volum.7. Federi.de Senis in conſi.106. Fel. in conſi.2. num.22. & aliàs reſpondi per Meliſluo.

Legatum ſimpliciter factum ſpurio, nulla facta mẽtione de alimentis non præſumitur factũ pro alimentis, ſi de alimentis non eſt facta mentio. Benintendius deciſ. Bono.22.nu.15.

Literę præſumuntur conceſſæ ad poſtulationem, & non motu proprio. Alexan. in conſi.161. num.5.in 7.uolum.

Lucrum in dubio non præſumitur quæſitum ex pecuniis, uel bonis domini, uel fiſci. Dec.in conſi.6.num.2.

Laicus quis in dubio eſſe præſumitur. Dec.conſi.125.num.6.

Lucrari in dubio quis præſumitur. Socin.conſi.24.nu.41.in 1.

Legatum præſumitur perpetuũ attenta qualitate perſonarũ lagatarij. Socin.in conſi.48.nu. 3.in 3.uolum.

Legans præſumitur cogitare de hęrede in genere, non tamẽ de filiis, quos tunc non habet. Socin.in conſilio 93. numero 20.

in quarto uolum.

Laudum eſt quædam tranſactio, quæ prima fronte præſumitur iuſta & æqua. Abb. in conſilio 64.num.3.in 1.

Læſio quando eſt enormis præſumitur dolo aduerſarij. Cor. in conſi.161.litera I,in 3.vol.

Ligatus potius quàm ſolutus pſumitur quis,ubi adeſt periculum animæ. Calcan. in conſil. 26.num.21.

Lex præſſimit quem uelle ſoluere creditori, ne moram incurrat,quæ eſt delictum. Gozadi. in conſi.66.num.6.

Literę præſumuntur falſæ, quando exeunt de cancellaria Papę uel Imperatoris præter ſolitũ ſtilum, & nihil eſt eis credendum. Curt. iun. in conſil. 188. num.17.

Literæ iudicis continentes aliqd contra ueterem morem conſuetum,ſeu ſtilum præſumũtur erroneę,nec eſt eis aliquid credendum.Cur.iun.in conſ.178. num.16.in 2.

Locatio præſumitur ex annua præſtatione penſionis. Rui.in conſi.73.in 1.num.8.

Locupletior quis non præſumitur effectus, qui ſit bonæ fidei poſſeſſor & teneatur ad fructus in dubio. Ruin.conſi.204. num.15.in 1.uol.

Legatum quando præſumatur reale,uel perſonale. Ruinus in conſi.25.num.19.in 2.

Legatum in dubio præſumitur ab ultimo, ante autem a primo inſtituto relictum, etiam ſi ultimus ad illud non fuerit admiſſus, ſed potuit admitti. Ruin.in conſi.83.num.7.in 2.

Lex ex quo eſt publicè nota præſumitur, quòd quis de ea habeat notitiam.Pariſius conſil. 49.num.4.ubi num.2.dicit, ꝙ habentes notitiam legis, etiã ante publicationem ligantur, & hæc quidem eſt magis communis opinio, ut per Pariſiũ, ubi ſupra, in 4.uol.

Legitimus quiſque præſumitur. Paleotus de Nothis & ſpuriis, cap.20.

Legiſſe, & uidiſſe inſtrumentum præſumitur,quod habet penes ſe. Siluanus in conſi.70.nu.12. in ſecundo.

Libellus ſufficit, quòd præſumptiuè concludat, ut dicit glo. in l.omnes, §.Lucius, ff.de his, quæ in frau.credit.de qua Bal. conſi.468.in 2.vol.

Libris domeſticis licet fides ad hiberi nõ debeat l.ex amplo. C. de proba. Bart.in l.admonendi, ff. de iureiur. debet tamen iudex induci ad credendum dictis libris, quando mortuus in uita fuerit homo legalis & bonus, unde ſtante legalitate in uita,& ſequuta morte tales libri faciunt talem præſumptionem, ita, quòd cum aliis adminiculis, & ueriſimilitudinibu

probat,

probat, ut eſt textus in l.ratio nes.C.de probat. quem ad hoc ponderat Bal.in d. l.admonen di,& tenent Anton.& Abb. in cap.2.de fide inſtrum. imò ait Bal.met in l.unica, in 4.col.C. de cõfeſsis, quòd tali libro ſta ri poterit, & ponit Bald.in ca. iurauit,in 3.col. C. de probat. & ita per ſupradicta & alia cõ ſuluit Socin.ſenior conſil. 151. num.3.in primo uolum.

Iuſta cauſa litigandi in actore nõ præſumitur,niſi ex actis colligatur,quia actor debet delibe rare nõ ſolum,quod petit, ſed quòd poſsit probare, argum. §.cum autem,ff.de eden.Bald. conſi.146.num.ſecundo, ad fi. in tertio.

Ex loquendi conſuetudine ueritas præſumitur.l.1.§.1.ff.de flu minibus.Bald.conſi.161.num. 3.in 3.uol.& non loquens uelle non præſumitur. Bald. in l.2.§. ſinautem ad deficientis. C.de cadu.tollen.ubi bene.

Lucrum filij unde præſumatur. Bald.conſi.444.in 3.num.1.

Lex nõ præſumit ſuper raris, ſed ſuper communiter accidenti bus,ſeu contingentibus,& lex non præſumit, quòd aliquis ui uat ultra centum annos,item non præſumit, quòd nupta ſit meretrix, item non pręſumit, quòd mulier pariat xj. menſe. item non pręſumit lex, quòd Imperator uendat uiridariũ ſuum, prout fecit hoc anno. 1570. Cardinalis de Ferraria. Bal.in l.iura.ff.de ll.

Libellus debet concludere, ſaltẽ pſumptiuè. l.omnis.§.Lucius, ff.de his, quę in frau. credito. Bal.in l.ſi quis id quod, in addi.in princ.ff.de iuriſdict.omnium iudi.

Legalior in dubio præſumitur dominus quàm procurator. Bald. in l.ſeruum,in addi.ff.de procurator.col.2.

Læſio pręſumitur ex facilitate. Bal.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet. fol.19.col.2.

Liberalitas quęlibet in aliũ collata pręſumitur ob meritum. Ita & donatio. uide omnino Bal.in l.nec adiecit, ff.pro ſoc.

Liberalitas pręſumitur in diuidẽ te debitum ſponte,ſed ubi diuidit ex neceſsitate ſecus. Bal.in l.ſi creditores,col.2.nu. 5.C.de pactis.

Liberalitas etiam pręſumitur ratione diuitiarum, ſicut ratione dignitatis nobilitas. Bal.in rubr.C.ad Velleia.

Literæ gratię de facili pręſumuntur falſę, quia de facili nõ poſſunt haberi.Rebuff.in prac.benefi.tit. de reſcriptis gratię & iuſtitię.fol.83.num.24.ubi etiã dicit, quòd de re modica non pręſumitur, ꝙ doloſè agatur.

Lex ubi aliquid pręſumit, dicitur ibi adeſſe euidens uoluntatis probatio. Syluanus in con-

fil.

ſil.24.num.10.in 1.uolu. quod probat.

Libellus procedit, ſi prrſumptiuè concludat. Iaffredus deciſione 296.

Locupletior quis factus præſumitur, niſi appareat contrarium. Angel. in conſil.160. Domina Catherina.Felyn.in c.de quarta,num.31. in 2.reſtrictione, vide in contrarium per Menochium de recuperan. poſſeſs. fol.171.num.586.

Literas racipiens,omnia in eis cõtenta approbare præſumitur. Anton.Gabri. in ſuo communium concluſ. tit.de præſumptio.concluſ.2. uide omnino.

Liber an præſumatur uerus, uerificatis pluribus partitis ipſius,Anton. Gabr.in ſuo communium concluſ.titu. de præſumptio.concluſ.quinta.

Legitimus, uel illegitimus an qs præſumatur,& quis debeat ꝓbare.Fed.de Sen.conſi.215.

Locatio præſumitur ſimplex,quę in præteritum eſt conſumata, ſed in futurum non eſt inchoata,nec conſumanda.Bal. conſil.116.num.4.in 1.uol.

Liberatio præſumitur generalis. Bal.conſi.112.num.4. in 2.vol.

Legatum nõ præſumitur pro alimentis mulieri habenti magnam dotem. Bald. in conſil. 255.in 2.num.2.

Loqui ſcire quis præſumitur, & quod loquitur. Bal.conſi.462. in ſecundo volum.

Lęſa non præſumitur puella propter præſentiam & cõſenſum conſanguineorum.Bal. in conſil.331.num.2.in 3.uolum.vide omnino.

Libera quęlibet res pręſumitur, niſi probetur affecta,uel obligata.Bal.in authen.ſicut,C.de ſacroſan.eccleſ.

Lex in dubio præſumitur moribus utentium approbata.Benintendius deciſ.Bono.13.nu. 9.ubi etiam, quando non ſit moribus utentium approbata.vide omnino.

Legens ſententiam,ſeu aliquam ſcripturam in aliqua parte ipſius,& non in totum præſumitur totius habere notitiam. Grammat. conſilio ciuili 123. nume.2.

Liber mercatoris pręſumitur uerus, cum aliquæ particulæ in eodem libro contentæ & notabilis quantitatis uerificentur,quia corroborant librum in aliis partitis. Grammaticus conſi. ciuili 58. nume. 2. ſicut quando in una eſt falſus, præſumitur, & falſus in cæteris. ibi.nume.3. ut idem operetur propoſitũ in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito l.ſi cõtra,ff.de uulga. cum ſimilib.ut ibi per eum.

Laudum latum præſumitur ob eam cauſam, ob quam ferri debet.Crau. conſi.202. nũ.18.

Lex

Lex in dubio non præſumitur aliquid de nouo inducere, ſed potius confirmare. Crauetta conſil. 223. nu. 14.

Liber rationum præſumitur uerus in aliis particellis, ſi in aliquibus particellis cõtinet ueritatem. Crauetta conſil. 258. num. 17. in 2. uol.

Lucrari præſumitur quilibet de proprio, non etiam de alieno. l. ſi defunctus. C. arbit. tutelæ. Crauetta conſi. 260. num. 7.

Lacerans ſcripturam præſumitur laceraſſe ſuam ſcripturã. Dec. inter conſi. criminal. per Zilettum conſi. 102. & lacerãs priuilegium uel ſcripturam alicuius, contra eum iuratur in litem, & punitur arbitrio iudicis, ut ibi.

Lex magis præſumit ſeruitutẽ, quàm dominium, quia minus uertitur præiudicium. Bald. in conſi. 233. in fin. in 1. uol.

Liberalis in neceſsitatibus nemo præſumitur. Bertran. conſil. 236. num. 12. in 2. vol. lib. 1.

Libri aliqua partita uera, uel q̃ uerificari aliis poſsit, præſumuntur, & aliæ partitæ ueræ, prout ſi aliqua ſit falſa, & aliæ præſumuntur falſę. Bertrand. in conſi. 298. num. 11. in 2. vol. lib. primo.

Laicus quilibet præſumitur non clericus. Bertran. in conſi. 307. num. 7. in 2. vol.

M

Malum non præſumitur de correctione diligentis. 23. q. 4. c. 1.

Metus non præſumitur illatus a paruo in magnum, no. 30. q. 2. Lotharius, uide plura per Herculanum, de cautione, cap. 1. ubi etiam dicit, num. 17. quòd metus præſumitur ex coniecturis.

Metus non præſumitur, niſi quãdo probatur metus, aut uerba præceſsiſſe, no. Inno. in c. cauſam matrimonij, de offi. dele.

Metum non interueniſſe non pręſumitur, cum aliquid amicis interuentibus actum eſt. l. trãſactione. C de tranſact.

Militaris diſciplina non præſumitur offendi, ſi miles ſuis ſupereſt negociis. l. qui ſtipẽdia, de procura. & inſti. de excep. §. penult. & ibi no.

Mulier non præſumitur donare de facili l. Neſennius, ff. de negoc. geſt. in fi. & no. ff. de petit. hæred. l. ſed ſi lege, § ꝙ autem.

Matrimonium non pręſumitur, niſi probetur. Imò præſumitur fornicatio. 30. q. 5. aliter, ut de Luc. de Pen. in l. j. præſumptio. 82. de quæſto. lib. 12. ubi fuſius. Bar. in conſi. 42. num. 2. in primo.

Mala fides non pręſumitur in eo, qui factum alterius ignorauit. l. qui balneũ. ff. qui po. in pi. ha.

Mala fides præſumitur in eo,qui poſt denunciationem ſibi factam rem aliquam comparauit l.ſi fundum, C.de rei uend. cũ concor.ibi no. vide & alios caſus.ff.de uerbo.ſignifi. l.bonę fidei.in glo. ulti.

Mala fides præſumitur quoties fideiuſſor omittit appellationem,ſi eſt condemnatus.l.ſi ꝓ ea,ad ſi.C.manda.

Meretrix præſumitur, quæ dedit ſe pluribus quàm duobus,ca. uidua 24.diſt.

Mulier mala prçſumitur,& de ea malum præſumitur ,quæ mercimoniis publicè præeſt, & de aliis,quæ habentur, C.de inceſtis nupt.l.humilem.

Malum præſumitur de eo, qui mulierem , etiam ſibi coniunctam inhoneſtè tangit 34.diſt. quorundam,cum ibi no.

Minor præſumitur, quòd animo decipiendi dixerit ſe maiorē, C. ſi minor ma. ſe dixe.l. 2.& no.eo.tit.l 3.

Mulier prçſumitur ex uiri ſeductionibus faciliter decipi,& ꝓpria negligere iura. in auth.ut Immo.ante nup. dona.§.1.

Mulier omnis regulariter prçſumitur ob infirmitatem naturæ de facili circunſcribi.in authen.de ęqual. do.§.his conſequens, uer.inde uolumus.

Minor præſumitur menciri facilius infra 14. annos l. ex libero.§.j.ff.de quæſtio.

Malignitas prçſumitur in eo,qui litem inſtituit, eamque uſque ad finem proſequi detrectat. §.omne,in auth.de litigioſis.

Malus homo præſumitur in malum bona conuertere,& in electis ponere maculam. 2.q.7. capit.1.

Prçſumitur qui maleficum reum ob eius crimina occultàns oppreſſerit illum,aut ne facinoroſis ſocios prodat in publicum , aut tanquam inimicum ſuum ex odio peremiſſe.l. fin. C.de male & mathe.

Mortuus prçſumitur negligentia cuſtodis.l.fi.C.de decurio.

Mortua animalia præſumuntur ex defectu paſtoris & cuſtodis negligentia periiſſe.no.Innoc. de regu. iur. cap. quamuis,ad quod.ff.ad Sillan. l.1. in princ. Luc.de Penna ſuſiſs.in l. fin. C. de litto.& iti.cuſtodiē. in rub.

Mulier 2. nubens prçſumitur nō ſolum bona , ſed etiam uitam filiorum dare ſecundo marito.l.lex quæ.C.de admini. tut. ſimiliter binubus liberos primi matrimonij malè tractare præſumitur ac nouercalibus deliramentis , inſtigationibusve corrumpi. l.non enim ff.de inoffic teſta.

Mortem teſtatoris affectare prę ſumitur hęres, & ſi fit extraneus etiam ſibi parare periculum l. cum pater. §. mando.ff. de leg.2.

Malus

Malus præſumitur, qui malos ſequitur & imitatur, & econtra bonus, q bonos. l. ędiles. §. hoc autem, ff. de ędil. edic. & uide, q no. ff. nau. cau. l. 3. in princip. & facit. C. de malefi. & mathe. l. 2. neque enim incorruptus manere poteſt, qui corruptis ſociatur. 23. q. 4. quiſquis; & q communicat ſuperbo induet ſuperbiam, eccleſ. 13. & malus præſumitur, qui cum malis cõuerſatur. l. ſi plures. §. ſi pares. ff. de adminiſtra. tuto. Iodocus de prę ſumpt. num. 23.

Malus præſumitur, qui deſcendit ex mala progenie, vel natione; & econtra bonus, qui deſcendit ex bona, ff. de ędil. edic. l. q ſi nolit. §. mancipia. uide Iodocum in practi. ciuili, cap. 178. num. 21. ubi de proba. per prę ſumptionem agit.

Malus etiam præſumitur, qui in loco vbi sũt mali homines natus eſt. 98. diſt. Afroſ. & ibi no.

Malus etiam pręſumitur, qui malè habuit in minori, etiam in maiori ſe malè ſimiliter habiturum, & econtra, qui benè. no. in auth. de mona. §. ſi quis autem.

Malè gubernari præſumitur ea, quę correptione opus habent, & negliguntur 18. diſtinctio. peruenit.

Malum præſumitur de clerico, qui frequentat conſortia mulierum. 81. diſt. clericus.

Malus pręſumitur corrumpere uicinum ſuum, de pœni. diſt. 1. §. ſed & continuo.

Malum præſumitur de popularibus, C. de paga. l. Chriſtianos.

Malum pręſumitur de pauperibus, quibus non eſt uictus, & uita ſufficiens: in authent. de defenſo. ciu. poſt princip. ſcilicet, quòd ad officium ſint inhabiles, ut ibi. & in authent. de iudi. §. is qui cauſas, & ff. de mune. & honor. l. honor. §. de honoribus, C. de decurio. l. ad ſubeunda, ubi Luc. de Penna.

Malè agens odit lucem, & ita lucem odire pręſumitur. 18. q. 2. pernicioſam.

Male inchoata principio pręſumuntur non bono exitu peragi. 1. q. 1. principalis.

Præſumitur id, quod ſtatim & ab initio agitur, q ſine malicia & machinatione proceſſerit. ecõtra malum de eo, quod ex interuallo actum eſt. in authẽ. de ęquali. do. §. ſin autem nulli ad hoc. ff. de carbo. edic. l. 3. & uide, quod legitur, & not. extra ut eccle. bene. vt noſtrum. inſt. qui manu. non poſſunt. §. ultimo. & 69. diſt. hoc ad nos. ad fi. ar. contra. ff. quarum rerum actio. l. 1. §. onerandæ.

Matri præſumitur filius ingratus quæ ad ſecunda uota trãſiuit, non ipſius uoluntate, ſed ob ſecundas nuptias per matrẽ con

tractas id agere tribus culpis grauibus duntaxat exceptis. in auth.de nup.§.mater.

Malus præſumitur magiſter, cuius diſcipulus malus eſt, aut ignorans. 24.q.1.cum beatisſimus.& q.3.quid autem.

Malus prælatus præſumitur, cuius ſubditi ſunt mali. 86. diſt. ca.1.& 2.q.7.qui nec.& diſ.18. peruenit.

Mulierum genus auarisſimũ præſumitur.l.ſi ſtipulata. ff.de dona.inter virum & uxo.

Mala membra præſumuntur quorum caput eſt malum 37.diſt. §.ultimo.& no. Inno. de accuſa.c.dilectus.

Mulier oblita præſumitur prioris mariti nubendo ſecundo. in auth.de nup.§.non tamen.

Miles captus præſumitur ob fatuitatem, qui in ſuis negociis piger aut ſegnis eſt,no.& probatur in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.

Mentis incompoſitio, uel compoſitio ex inceſſu corporis pſumitur.41.diſt.in fi.

Mala fides præſumitur in eo, qui petit illud, quod certum eſt teſtatorem ad eum noluiſſe peruenire.l.quidam. ff. de hæredi. inſtit.

Mulier præſumitur corrupta cõtra quam de confabulatione, amplexibus, aut oſculo conſtat 27.q.1.nec aliqua 32.q.1. dixit dominus.

Mutuatam pecuniam eſſe præſumitur in refectionem nauis in ipſam refectionẽ conuerſam, ſi refectione tunc nauis indigebat l.1.in prin.ff.de exercito.

Mãdatum procuratoriũ interueniſſe præſumitur ei, cui munimenta ad cauſam pertinentia ſunt asſignata.vt no. ff.de pac. conuen.l.fi.de off. dele. c. corã. in prin.& in Specula.in titu.de ſatiſda.§.uiſo.uer. ſed qualiter & hæc uera, ſi is, qui oſtendit inſtrumenta eſt coniuncta perſona.ſecundum Pet.ut no. Cy. C.de procura.l.maritus. Quid autem ſi oſtendit ſigillum, uide Luc.de Pen.in l.1.C.de curioſis & ſtationari.lib.12.

Mori prius præſumitur paruus q̃ magnus l.inter,in princi. ff.de pac.dota.l.ſi poſſeſſor.§.1.ff.de religio.

Mori pſumitur regulariter prius qui prius eſt natus l. hæreditatum compuᴛa.ff.ad l.falc.& de fideicommiſſa. liber. l. is, qui ex cauſa.

Mulier præſumitur pronior ad intercedendum quàm ad donandum l.4.ff.ad Velleia.

Qui promittit aliquid, quod in menſura continetur, ad communem mẽſuram id uelle præſtare præſumitur.Luc.de Penna in l. Princeps,præſump.99. C.de Principibus agentium. libro 12.

Vbi præſumitur etiam, qui iubet hę-

hæredes ſuos aliquid ſub menſura præſtare, id præſtari ſub ea menſura, quæ ipſe præſtabat no.Innoc. hos duos caſus no.de cenſibus c. ex parte.

Malæfidei præſumptio accipi nõ debet.Iaſ.l. poſſideri. §.ſi ſeruus quem, num.2. ff.de acqui. poſſeſſ.

Matrimonium clandeſtinum non habet pro ſe præſumptionem. Abb.in c.1.nume.1.de clandeſti.deſponſa.uide Zabarel.con ſilio.uel Bar. bene inter conſil. Zaba.conſi.38.col.1.in medio.

Matrimonium ut ſit ualidum prę ſumitur.Abb.c. tenor. num.4. de iudi.

Magis dilectus præſumitur primo nominatus.Abb.in c.Nicolao, nu.1.de appel.

Motus proprius non præſumitur Bal.conſil.383.in tertia parte, nume.7.

Mortuus pater filio quando præ ſumatur. Bald.conſi. 145. in 5. nume.1.& 176.in 4.uol.

Malè uti ſubſtantia quis non præ ſumitur,niſi ut per Bal. conſi. 122.in 3.par.n.3.

Metus an præſumatur. Bal conſi. 441.nu.5.in 5.parte.

Mortuus an præſumatur is, de quo fama eſt.& cum ſit mẽtio in inſtrumento productionis quondam.Bal.conſi.407. nu.9. in primo.

Merces deperditę an præſumantur emptę de pecunia ſocietatis, & ſi non, qualiter probetur, conſi.Bald.493.in quarto, nume.4.

Mutuum præſumitur, niſi qualitas præcedentium uerborum aliud deſignet. Bal. conſil.429. nu.12.in 5.parte.

Mala fides pręſumpta iuris fictione non impedit præſcriptionẽ etiam de iure canonico. Bald. conſi.224.nume.2. in 2. parte.

Mandatum non præſumitur, niſi probetur.Bal.conſi.473. nu.5. in 5.parte etiam per mille annorum ſpacium, ſeu lapſum non præſumitur mãdatum. Alciatus conſilio 4. nume. 17. in 4.libro.

Mulier pręſumitur acquirere de pecunia uiri.quomodo hoc intelligitur.Bal.conſi.66. num. 2.in 5.parte.

Mortuus nemo naſci præſumitur.Bal.conſi.69.nume.2. in 5. parte.

Mortis ſcientia etiam in perſona quæ præſumitur ſcire articulanda eſt.Bald.conſil. 31. nu.3. in ſecundo.

Mortuus præſumitur eſſe filius abſens per 20.annos Bal.in cõ ſil.90.nume.2. in 2.parte. Crauetta conſil. 127. nume. 17. in 1.uolum.

Mentis omnis præſumptio teſtatoris recipit probationem in contrarium.Soci. conſi. 37.nu. 2.in 3.

Præſumptio circa media oritur in-

in extremitatibus ex pręſenti. Socin. conſil. 16. numero 7. in 3. uolum.

Minæ faciunt præſumptionem, quando ſunt factæ in ſpecie. & ſecutum ſit delictum. Dec. conſi. 189. nu. 14.

Mandati præſumptio non cadit ſine ſcientia & patientia. Alex. conſi. 36. nu. 2.

Mortuus an præſumatur intrans bellum, ſi non eſt uſus exire. Corn. conſi. 204. litera B, & D. in 3. uol.

Mala fides præſumitur potius quam ignorantia. Corne. conſil. 265. litera L, in 3.

Mulier ducta ad domum præſumitur cognita, limi. ut per Ancha. in conſi. 209. nu. 1.

Mala præſumptio per bonam famam tollitur. Soci. iun. conſil. 189. nu. 13. in 2.

Medii præſumptio oritur ex terminis. Ruin. conſil. 56. nume. 7. uolum. 1.

Malæ fidei præſumptio ceſſat, & bonæ inducitur ſpacio longiſſimi temporis, præſertim concurrente titulo, licet nullo & iniuſto, maxime confirmato. Ruin. conſi. 41. nume. 25. & 29. uolum. 1. & præſumptio malã fidem abeſſe differt ab illa bonam fidem adeſſe, quia eſt dare medium. Rui. conſi. 41. uolu. 1. nu. 30.

Præſumptio fit contra mercatores ſolitos recipere & facere cambia illicita. Pariſi. conſi. 91. nu. 25. in 1. parte.

Præſumptio eſt, neminem mendicare uelle, & ore tremente cibũ quæritare, ſi aliter uiuere poſſit. Gratus reſpon. 14. n. 8. uolu. 1.

Præſumptio iuris adeſt pro muliere, quæ negat matrimoniũ fuiſſe contractum. Gratus reſpon. 2. nu. 43. uol. 2.

Præſumptio, quòd ita teſtator uoluit contra matrem non admittitur. Riminald. conſil. 38. nume. 22.

Præſumitur, qui male ſe geſſit, ſe peius gerere in futurum. Ioa. Iaco. de Leonard. inter conſil. Bruni, conſi. 114. nu. 72.

Præſumitur quilibet ſcire mortẽ ſui Prælati, & quæ in eccleſia ſua aguntur. Ripa reſpon. lib. 2 interpreta. in cap. cam te. de reſcript. num. 53.

Metu, uel ſpõte quis pręſumatur actum facere ſciens ſe poſſe compelli. Ripa in c. cum M, de conſtitu. num. 180.

Mortem aſſeuerans ante ueriſimilem noticiam eſſe conſcius alicuius conſpirationis. Ripa reſpon. lib. 1. cap. 16. num. 5.

Malæ fidei præſumptio non poteſt allegari poſt 30. annos. Caſtaneus in conſi. 16. num. 5. Caſſa. in deciſ. fol. 350. nume. 9. Et hoc, ubi ſolum præſumitur mala fides, ſecus ubi appa ret de uera mala fide, ibi. n. 10.

Fallit

Fallit in eo, qui intentat hęreditatis petitionem. C.de iure delibe.l.licet.& de peti. hęreditat.l.hęreditatis. cum ibi etiam no. Nepos de Mõte Albano in ſuo fugitiuo. articu.25. nu.24. Tomo 13.

Præſumptio eſt uerisimilis, quòd potius ſecuta ſit copula, ut cõfirmaretur matrimonium q̃ ſecus Alcia.conſi.13.lib.1.nu.23. ubi etiam dicit, ꝙ copula, ſi ſequatur ſponſalia, præſumitur ſecuta in executione matrimonii. & ibi etiam dicit, quòd delinquens ſimul præſumitur in eodem genere delicti deliquiſſe. & ꝙ quis præſumitur perſeuerare in eadem intentione, in qua prius fuit, niſi expreſſe contrarium probetur. ibi. nu. 7. & debet interpretatio in dubio fieri pro matrimonio. ibid. nu. 15. & non præſumitur uoluntas mutata. ibi. nu. 21.

Maior quis pręſumitur, niſi minor probetur, no. glo. in cap. in præſentia, de proba. An ille, q̃ contrahit cum minore præſumatur eum ſciuiſſe minorem. tradit Bald. in l.fin. C.ſi aduer. credito.

Meum quid eſſe pręſumitur ratione uicinitatis. no. Bart. in l. ideo, ff. de acquir. rerum domi. uide Areti. in l. ſed & ſi de ſua, colum.5. ff. de acqui hęre.

Mortuus pręſumitur prius infans in naufragio quàm mater. ff. de pactis dota.l. inter ſocerum & de rebus dub.l.ſi mulier. Iodocus de pręſump.nu.25.

Licet pręſumatur prius mortuus pater, uel mater, quàm filius inſpecto ordine naturæ. Fallit quando filius eſſet impubes mortuus. Maran. in procœmio ſuæ practicæ, num.15. fol. 7. Iodocus in practi ciuili. cap. 178.nu.25. ſed ſi pater & filius ambo ſint uiribus pares, etiã ambo pariter mortui eſſe præſumuntur. l. ſi ij, qui inuicem. ff. de dona. cau. mortis. ita glo. in d.l. inter ſocerum. Marſil. in §. diligenter, nume.100. in practi. crimi. Similiter prius mortuus filius non pręſumitur in bello quàm pater. ſed pater, ff. de rebus dub. l. qui duos. §. cum in bello. & ibi etiam dicit Barto. ꝙ filius non dicitur ſuperuixiſſe, qui ſimul cũ patre deceſsit. & plus etiam ibi dicit Barto. quòd ille, qui dixit aliquem deceſsiſſe ſine liberis habet ſuam intentionem fundatam de iure communi, quia licet quis habuerit liberos ante eius mortem, non præſumitur habere tempore ſuæ mortis. l. ſpadonem. §. qui abſolutum. ff. de excuſatio. tuto. uide tamen Bar. in l. numerum. ff. de rebus dub. ubi dicit, quòd ubi eſt dubiũ quem prędeceſſiſſe, melior eſt conditio poſsidentis, ita ꝙ ille, qui petit, debet probare talem

talem prædeceſsiſſe, ſi faciat pro intentione agentis. item præſumitur uxoré primo mortuam cum perit ſimul cum marito.l.qui duos.§.inuitus,ff. de reb.dub.

Marito tamen & uxore ſimul morietib. in naui, licet ne ſreuaẽ quis primo fuerit mortuus, tamẽ iudicatur in fauorem poſſidentis res hæreditarias. vide Syluanum poſt Bar. in conſil. 27.num.7.uide infra.

Semel malus in eodẽ genere mali ſemper pręſumitur malus.l. cui.§.hiſdem.ff.de accuſa.Bar. in l non ſolum.§.ſi plures,ff.de noui operis nunc.& in c. ſcribat,extra de pręſumptio.Bar. de præſump. & qui cum malis conuerſatur malus præſumitur, & ſufficit quem probare cum malis couerſari, ut malus præſumatur,& ut ſuſpectus re pellatur l. ſi plures.§. ſi pares, ff.de adminiſtrat.tuto. Alciat. de præſumpt.reg.2. præſump. 7.uide Milleum in eius prac. crimin.fol.24.nu.2.

Mortuus pręſumitur teſtator eo ipſo, quòd eius teſtamentum groſſatum iudicialiter exhibetur,ut dicit Bar.in l. edicto,C. de edi. di. Adr.tollen.ubi etiã dicit, quòd ex quo hęres, qui uult uti beneficio d. l. exhibet inſtrumentum,quòd debet admitti in poſſeſsionem abſque eo, quòd probetur teſtator mortuus,cũ pręſumatur mortuus.

Mente præſumitur cogitaſſe, qđ ore expreſsit.l.quod labeo. ff. de ſuppelléct.lega.

Minor eo ipſo,quòd fideiubet, pſumitur deceptus, ut dicit gl. ſingularis,in l.ait prætor. §.nõ ſolum. ff. de mino.

Mandatum factum ex modico interuallo pręſumitur ex uerbis ante ea dictum,& hoc no. pro homicidio,quòd ſi locutus ſui tecum tacitẽ, & ſubito occidi ſti hominem, præſumptio eſt, quòd mandauerim. glo. eſt in l.ſi uentri.§.ſi.ff.de priui. credi.

Mala fides pręſumitur, quando quis emit per interpoſitam pſonam.item quando clam. itẽ quando omnia bona ſua uendidit,ſiue una uenditione,ſiue diuerſis.uide Bart. in l.poſt cõ tractum. ff. de donat. item ex modicitate precij.item quando res eſt pro parte uendita, & pro parte donata. item quã do non interuenit precium, ſed clam redditum fuiſſe probatur, quia non dicitur interueniſſe, quod non permanſit, ut per Bald. in l.2. C. de repu. hęredi. uide omnino ipſum Bal.ibi.item præſumitur malã fidem habere ille, qui mercatur contra iura, ſicut emptor rei eccleſię, uel rei minoris ſine auctoritate ſuperioris, uel curatoris. ita, quòd non poſſunt

ſunt tales præſcribere, ut plenè per Dyn. in c. qui contra iura, de regu. iur. in 6. & præſumitur mala fides, ubi ſolemnitas debita non ſeruatur. ita dicit glo. in l. 1. ſuper uer. malæ fidei, C. de fide inſtru. & iure haſtæ. lib. 10. & ponit Bart. in l. cum plures, §. qui bona fide, ff. de admini. tutor. & ex mala fide ſemper adeſſe præſumitur dolus. Guid. Pap. de præſumptio. num. 44. & ſeq.

Matrimonium præſumitur, ſi minor annis moretur cum alio, cum quo contraxit uſque intra legitimam ętatem 27. q. 2. c. priuſquam, ſecus ſi ſeorſum 30. q. 2. c. ubi.

Præſumptio debet eſſe pro matrimonio. Emilianus conſilio 119. num. 21. quando eſt factũ in facie eccleſię, aliàs ſecus, ut ibi plenè.

Mater ea non præſumitur ſi non diligit filium, 2. q. 6. cap. ſi quis putauerit, quod intelligendũ eſt, ſi dubitetur, cuius eſſet filius. Guid. Pap. de præſumpt. num. 53. tomo 13. uide Alciat. de præſumpt. num. 54.

Mortuus in ſtrata publica repertus præſumitur occiſus ab illo, qui multum frequentabat d. ſtratam, & talis poteſt torqueri, ſi eſt malus. Guid. Pap. de præſumpt. nu. 55. poſt Ang. de Maleſ. in uer. fama publica, quid ſi ſiut quinque in una domo, & aliquis reperitur interfectus, an ab aliis quatuor præſumatur interfectus. Gui. ibi. & Angel. ibi.

Mortuus reperitur incarceratus in carcere, & ignoratur quomodo, & a quo, an pręſumatur contra commẽtarienſem. reſpon. quòd ſic, niſi ipſe aliter probet, quòd nõ dolo, uel culpa ſua ſit mortuus. glo. ſingularis in l. cum res. §. ſi ſpecies, ff. de leg. 2. Angel. de Maleſi. in uerſi fama publica.

Minor præſumitur ignorare. no. glo. in l. quis patrem. uer. proinde. ff. ad ſenatuſconſul. Macedonian.

Mẽtis ſanę quilibet pręſumitur, niſi probetur contrarium l. nõ codicillũ, C. de codicillis, quæ præſumptio naturæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, ut ibi.

Metus præſumitur inter ſubditũ & dominum, ſecundùm Inno. in c. ſi diligenti, de præſcript. Guid. Pap. q. 407. circa mediũ. ibi. ratio quia.

Minor adeundo hæreditatem an præſumatur læſus, ut reſtituatur in integrum aduerſus aditionem hæreditatis, uel ſi debeat probare hęreditatẽ oneroſam, uel ſi ſufficiat, quòd minor probet credita eſſe in hæreditate, uide plenè Guid. Pap. q. 145. & ſeq.

Minori ſufficit probare aduerſus

ſus tutorem præſumptam læſionem,ſecundùm Bald.in l.fi. C.ſi aduer.uendi.

Mala fides etiam præſumitur,eo ipſo,quòd quis emit rem alienam ſciens eam eſſe obligatã, adeò quòd non eſt neceſſe diſcuti prius principalem debitorem,ita dicit. Hoſtienſis in ſumma tit.de pig.§.quæ actio.

Menſæ epiſcopi bona, quæ tenet Epiſcopus præſumuntur, niſi contrarium probetur. Guid. Pap.q.154.

Minor præſumitur leſus in odiũ fœnerantis.l.1.C.ſi aduer.credito.& ſufficit quem probare per coniecturas, quòd ſit minor,ut dicit Bal. in d.l.Lucius, ff.de exercito.

Minor reſtituitur propter dolũ, uel inſidias tutoris, ſiue ſit dolus uerus,ſiue prçſumptus.l.fi. & ibi Bald.C.ſi aduer.uendi.

Maleficium perpetraſſe an præſumatur qui egreſſus fuit e domo cum enſe euaginato. reſp. Guid.Pap.poſt alios, de præſumptio.num.82.

Maritus uolens caſtigare uxorẽ, eam percutit de uno baculo, ſic,quòd ſanguinare fecit. An abſque denunciatore poſsit inqueſtari.reſp. Gui Pap.de prçſump.num.91. quòd nõ, quia non debet præſumi,quòd doloſè, uel animo iniuriandi eã ſic percuſſerit,conſiderato, q̃ ſunt coniuncti, & ſocij diuinæ & humanæ domus.Nec obſtat l.j. C.de emenda. propinquorum, quia intelligitur, ubi cũ enormitate fit caſtigatio animo doloſo, q doloſus animus prçſumitur ex atrocitate vulneris,§.atrox. inſti. de iniuriis.

Maritus nomine uxoris aliquid acquirit & ſoluit, an uideatur donare.reſp.Guid.Pap.de præſump num.92. quòd ex nobilitate uiri & diuitiis eiuſdẽ ac modicitate pecuniæ præſumitur donatio. Aliàs non, & hoc propter prohibitionem donationis inter uir.& uxor. & ipſe maritus,uel eius hæredes pecunias repetere poterunt, de hæredibus tamen eſt aduertẽdum ſecundum ipſum, quia ſi maritus nõ reuocet, ſeu ſuper hoc querelet in eius uita, donatio confirmatur morte mariti, ideo hçredes non poterũt repetere.

Maritus,qui iocalia per eum data uxori poſtea impignoret, an præſumatur donationem iocalium reuocaſſe. uide Bart. in l.ſi maritus 2. C. de don.inter uir.& uxo.

Minor in dubio præſumitur læſus eo ipſo, quòd permittit labi tempus ad appellandum. vide omnino Gui.Pap.de prçſump.num.100.

Minor, qui non appellauit intra x.dies, an præſumatur læſus. Bart.l.fin.C.in quibus ca.in integ.

leg.reſti.non eſt neceſſaria.

Metus non præſumitur, interue niſſe in contractu facto coram parentibus & amicis, iuxta l. tranſactio.C.de tranſac. & ibi Saly. Marſil. ſingul.417. ubi & alia.

Matrimonium non præſumitur fuiſſe contractum per exhibitionem inſtrumenti dotalis, maximè in alterius præiudicium.ita no. Innoc. in c. illud de præſump. uide omnino Bertachinum in uer. matrimoniũ præſumitur,uel probatur,ubi fuſius,& ibi contra ſer Bartholomæum de Milliario, quia ꝓmiſsio dotis matrimonium non probat.

Præſumitur quis habilis ad matrimonium contrahendũ & procreandum filios, niſi contrarium probetur l. filium, ubi & Barto.ff.de iis, qui ſunt ſui, in principio.

Miles præſumitur,quòd non accipiat pecuniam mutuo, niſi in caſtrenſibus negociis, ut C.ad Macedo.l.fi. & eſt præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrariam. Bar.de præſump.

Mater præſumitur primo mortua cum ipſa periit ſimul cum filio pubere, aliàs pupillo. Bartol.de præſump.col.2. & præſumitur, quòd ſi pupillus habet ſubſtitutum, & non apparet quis primo ſit mortuus,an teſtator uel pupillus,in dubio pſumitur primo mortuus teſtator,quàm pupillus fauore ſubſtitutionis. item præſumitur quis mortuus in pupillari ętate,& non in adulta, quia in dubio præſumitur pro ſubſtituto fauore ſubſtitutionis. uide in Apoſtil ad Bartol. de præſumptio.de pluribus mortuis,quis pſumatur primo mortuus,uidere remiſsiuè licet ꝑ Thomã Diplouatat.j in d.apoſtil. ad Bartol.in tracta.de præſumpt. ubi plura,& Bar. in conſi. 179. Martinus.

Mala fides potius præſumitur in dubio, quàm ignorantia, arg. l.quemadmodum,C.de agric. & cenſi.li.11. & quomodo procedat,uide Corn.conſi.265.in 3.uol.incip. in hac uidetur,ultcolum.

Metu contraxiſſe nõ præſumitur, qui contraxit interuenientibus affinibus & cõſanguineis. Alciat.regu. præſumpt. 1. præſumpt.20.

Maritus, cui uxor tradidit inſtrumenta,præſumitur eſſe procurator uxoris ſuę. Alcia.de præſumpt.regu.1.præſump. 33.

Maritus præſumitur habitare cũ uxore ſua,ſicut clericus in eccleſia ſua reſidere. Alciat. reg. 1.præſump.35.

Mori citius præſumitur ſenex, ꝙ iuuenis, unde aliter dicitur turbari ordo naturę.Alciat.de

præſumpt. reg. 1. præſump. 43.
Mortuis duobus ſimul, præſumitur eum, qui debilior eſt, prius deceſsiſſe. Alcia. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 49.
Matrimonium non præſumitur ex cohabitatione. Alciat. de præſumpt. regu. 2. præſump. 5.
Morboſus etiam hodie præſumitur, qui olim aliqua ægritudine laborauit. Alciatus de præſumpt. reg. 2. præſump. 19.
Media præſumuntur probatis extremis. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 22.
Præſumitur pro matricula. Alcia. de præſump. regula 3. præſumptio. 17.
Militare quis præſumitur ex pecunia patris uel affinium. Alc. de præſump. reg. 3. præſum. 25.
Matrimonium in dubio præſumitur inter duos ingenuos ſimul conuerſantes. Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 38.
Mendax habet præſumptionem contra, Milleus. fol. 119. nu. 42.
Præſumitur eſſe de menſa res, quam epiſcopus poſsidet. c. ut ſuper, de rebus eccleſ. non alienan.
Matrimonium interueniſſe præſumitur, ubi quis confitetur naturales filios eſſe filios ſuos, non adiecto, quòd naturales. uide fuſius per Luc. de Pen. in l. quicunque in 14. præſumpt. lib. 10.
Maior præſumitur quis, niſi probetur minor. l. Labeo. ff. de arbitr. Luc. de Pen. de apochis publ. l. quicunque, præſumpt. 35. lib. 10. ubi fuſius.
Minor de facili circunſcribi præſumitur. l. 1. ff. de mino.
Mulier præſumitur de facili decipi, in authen. de æquali. do. §. plurimum. Igitur præſumitur læſa contrahens mutuum cum fœneratione, niſi probetur locupletior facta l. 1. C. ſi aduer. credi. & ibi no.
Monialis præſumitur ex quo inuenitur inter alias moniales. ar. 20. q. 1. quem progenitores, & no. 19. diſt. in prin.
Mater præſumitur dans dotem pro filia uelle donare, ſicut quis extraneus, l. Idemq. §. & Papinia. ff. mau. §. in præſenti, C. de rei uxoriæ actio.
Matrimonium publicè contrahens erraſſe & ignoraſſe gradum conſanguinitatis præſumitur, & ideo uenit excuſandus. l. ſi. ff. de ritu nuptiarum, & no. ff. de adulte. l. ſi adulterium, §. inceſtum autem.
Mori citius in alimentis præſumitur ſenex, quàm iuuenis l. hæreditatum, ff. ad l. falcid. & de fideicommiſſa. lib. l. ſi cui, ſecus in uſufructu. d. l. hæreditatū. 13. q. 2. illud, cum ibi no.
Mulier præſumitur ignorare legem. Regu. præſumitur, ff. de regu. iur. in 6. & no. in authen. de inceſt. nup. §. 1.

Mater præſumitur, quæ non permittit filium uulnerari, c. affer te, de præſumpt. Innoc. in cap. Michael. de filiis presby.

Mutatione locorum pręſumitur mutari mentis affectum. 81. diſt. ualet.

Militare pręſumitur ex pecuniis patris, aut cognati ſui. C. de pigno. l. ult.

Merces præſumitur promiſſa, eo ipſo, quòd mancipium imponitur, nauta probatur, ff. ad l. Rhod. de iac. l. ſi uehenda. in principio.

Minorem locupletatum pręſumi ſoluta pecunia pro re minoris uendita ſi in uenditione ipſa debitæ ſolennitates ſunt ſeruatę, C. de prædiis mino. l. ſi prędium, & no. eo. ti. l. prędiorum, ſecundum unam opi.

Malæ fidei ſemper præſumitur, qui ſemel fuit malę fidei, C. de præſcrip. longi temp. quę proliber. l. 1. in fi. & ibi no.

Memor hodie præſumitur eius, quod quis olim ſciuit, in l. Lucius Titius, num. 6. per Pau. de Caſt. ff. de leg. 2.

Malum de facili non eſt præſumẽdum de aliquo in ſenio, qui in iuuentute bene uixit. c. cum in iuuentute, de præſumptio. 34. diſt. fraternitatis. imò de ſenectute multa bona præſumuntur, de quibus Lucas de Penna in l. 1. C. de conſulib. lib. 10.

Mala fides nõ pręſumitur in his, quæ palam aguntur. C. de con trahen. empt. l. cum ipſe. ff. de iure fiſci. l. non intelligitur. §. ſi quis palam.

Mala fides non pręſumitur in eũ, q rẽ a domino emit, niſi aliàs ſit & bonis interdictum a iudice, uel a lege. l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empto.

Minor nõ pręſumitur lęſus, ideo quia minor niſi probetur. l. nã & poſtea. ff. dę iureiuran. l. ꝙ ſi minor. §. non ſemper. ff. de mi.

Minorem pupillum non eſſe locupletatum pręſumi, pecunia ſoluta tutori pro uenditione rei pupillaris niſi per emptorem probetur l. prædiorum, C. de præd. mino. & qđ ibi no.

Malus licet ſemper præſumatur malus, pręſumptionem tamẽ non faceret uerberatio, aliàs contra aliquem facta, in cauſa homicidij. Grammat. deciſio. Neapol. 25. nu. 7. uide Gribal. Axiomate, Malus.

Nemo ita fatuus præſumitur eſſe, quòd in ſe mentiatur, ſi maximè confiteatur aliquod delictum, cum cõfeſsio in delictis facta præſumatur uera, & ſpõte facta, & conſcientia perpetrati ſceleris. Gramma. deciſ. Neap. 36. nu. 64. & ſeq. & deciſ. 48. num. 11.

Mẽtis ſanę pręſumitur unuſquiſque, ſanique iudicij, & facere, uel non facere, quæ quilibet homo ſani iudicij faceret, uel non

non faceret. Alba.conſilio 46. num.4.

Præſumptio eſt maxima contra repertum in mendacio.Bar.in l.qui ſine, numero tertio,ff.de quæſtio.

Prę́ſumptio, quòd matrimoniũ interuenerit, eſt prę́ſumptio iuris, & de iure.Barto. in §.ad hoc,num.2.in authen.ut liceat matri & auię.

Minor,qui ſemel fuit, non prę́ſumitur hodie minor. nã in his, quę curſu temporis mutãtur, non prę́ſumitur de prę́terito in futurum. Bart.in l.de ętate, num.13.ff.de minor.

Meum præſumitur, quod fuit meum, uel auctoris mei. Bart. l.ſiue poſsidetis,nume.1. C.de probat.

Metus non prę́ſumitur, niſi probetur. Alciat.conſil.55.nume. 20.lib.9. & ideo debet probari per allegantem per probatione luce clam & meridiana clariores.Rolandus conſil. 83. num.37.

Prę́ſumptio eſt contra eum, qui ſuccubuit, quod malam cauſam haberet,& quòd iuſtè ſuccubuerit.Alcio.conſi.44. num. 61.lib.9.

Metus præſumptio ceſſat ex præſentia iudicis.item metus præſumptio ceſſat ex præſentia mariti aut amicorum.itẽ metus præſumptio ceſſat in his, quæ fiunt ex interuallo. itẽ metus preſumptio ceſſat, ubi de metu proteſtatus quis nõ fuit. item metus non præſumitur in actu geminato, aut reiterato.Crauetta conſ.113.nu. 2.& ſeq.in 1. uol.item metus non preſumitur,niſi probetur.item metus non preſumitur in officiale contra non ſubditum.itẽ

metus

metus &c.Crauetta conſ.115. nume.13.in 1.& indicia & præſumptiones ſufficiunt ad proban. metum. Gratus reſpon. 38.nu.25.in 2.

Malafides præſumitur in eo, qui ſcit, uel ſcire debet rem ad alium pertinere. Crauetta conſil.116.nu. 6. & qui ſit in bona uel mala fide.ibi.

Malafides præſumitur contra eũ qui contrahit contra diſpoſitionem iuris.Crauetta in conſi.142.nu.12.

Mala fides grauior eſt mala fide prçſumpta. Crauetta in conſ. 146.nu 6.

Mercator præſumitur habere pecuniam paratam. Crauetta in conſi.191.nu.8.

Matrimonium prçſumptionibus probatur. unde plura in conſi. Bartholo.Camerarii inter cõſil. Zabarellæ, ubi de præſumptionibus agit. fol.mihi. 119. ubi plura, & Ferrettum in conſi.49.nu.10.in.1.uol.

Mendicare uelle nemo præſumitur,& ore tremente cibũ quçritare, ſi aliter uiuere posſit. Gratus reſpon.93.num.8.in 1. uol.a communiter accidentibus,ad nota.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.peta. unde illud Euangelicum. Fodere non ualeo, mendicare erubeſco.

Præſumitur pro matrimonio. Gratus reſp. n.2. in 2.nu.6.

Præſumitur minor,cui fuit decretus curator.149. nu.4. in 1.

Malafides præſumitur in ſciente rem alienam. Riminal. conſil 431.num.15.in 3.

Mandatum procuratorium, etiã cum damno tertij præſumitur ex diuturnitate temporis 30.uel 40.anno.Ferrettus cõſ. 142.num.10.in 1.

Medicus, pro medico præſumendum eſt,nec ei imputatur euẽtus mortalitatis, ideo non debet promittere.Caſſan.conſil. 48.num.1.

Matrimonium prçſumitur, quando ſponſa eſt traducta ad domum uiri potẽtis ad coitum. Bocrius conſi.44.num.20.

Mala mens ex effectu malo ſolet præſumi,& omne malè actum p̃ſumitur prauo animo actũ. Alba conſi.97. num.9.

Malum & damnum illatum ſemper malo animo factum eſſe prçſumitur. Zaſ.conſil.9.nu.6.

Meliora in dubio præſumuntur. Zaſ.conſi.2.num.20. in 2.

Mater uidua non prçſumitur habere malũ animum ad filios. Zaſ.in conſi.18. num.37. in ſecundo uolum.

Metu ſtatuti factum prçſumitur, ſi quid fiat.quod requirat ſtatutum, uel ad id poterat ille cogi facere.Ripa in c. cum M. Ferra. de conſtitu. nume. 180. ubi plura.

Mortem aſſeuerans præſumitur

ante

ante uериſimilem notitiam, eſſe conſcius alicuius conſpirationis. Ripa de legibus, conſil. 16. num. 3.

Miles præſumitur in conflictu intuliſſe uiolentas manus in hoſtes. Ripa in conſil. 34 num. 1. de reſcriptis.

Metus, quomodo probetur, quia dependet ab animo. Neuizan. conſi. 46. num. 17. & metus nõ præſumitur in præſentia nota bilium perſonarum, uel loco inſigni, uel coram affinibus, uel quãdo ciuiliter agitur. ibi. num. 20. & 21. & metus extorti iuramenti non præſumitur purgatus, & ſi in inſtrumento dicatur ſponte, & ex certa ſciẽtia, contractum fuiſſe. ibi. numero 22.

Mens præſumitur conformis naturæ actus, qui geritur. Neuizan. in conſil. 49. num. 26.

Maritus, qui longo tempore aluit uxorem, præſumitur habuiſſe dotem. Neuizan. conſil. 57. num. 8.

Mulier quæ longo tempore administrauit bona mariti abſentis, præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de dotibus. Neuizan. in conſi. 57. num. 11.

Mercator in dubio præſumitur lucrari. Neuizan. in conſil. 77. num. 25.

Motu proprio quid factum non præſumitur, niſi nominatim in reſcripto dicatur. Caſtellioneus in conſi. 8. num. 30.

Metus præſumitur durare, ubi durat eadem torquendi poteſtas in officiale. Grammatic. in conſi. 40. num. 14.

Præſumitur pro mandato principis. Machellus patrocinio 5. num. 4.

Maritus ſciens ſe non eſſe ſoluẽdo, uel uidens ſe futurum eſſe non ſoluendo, præſumitur cõfiteri dotem in fraudem eius creditorum, nedum anteriorum, ſed & futurorum. Machellus patrocinio 56 nu. 9.

Mulier non præſumitur uelle iactare ſuum. Bellonus in conſi. 65. num. 6.

Matrimonium nõ probatur per prę ſumptiones, nec præſumptionibus leuibus eſt prę ſumẽdum pro matrimonio, nec matrimonium probatur per cohabitationem uiri, & mulieris in eodem lecto, & mẽſa, ſed potius fornicatio. Bellonus conſi 88. num. 14. 16. & 17.

Mulier præſumitur meretrix ex præſumptione uiolenta. Ioſephus Fontanella inter conſil. crim. per Ziletum conſil. 97. num. 35. lib. 2.

Matrimonium ex quibus præſumatur contractum & conſumatum, ubi ſponſalia præceſſerunt Laudenſis conſi. 30. nu. 1. & ibi. Matrimonium præſumitur ex confeſsione, uel quaſi poſſeſsione, & matrimoniũ

præſum-

præſumptum eſt, ſi poſt matrimonium ſequatur copula. itē matrimonium ex ſolo oſculo, uel tentando, quando præſumatur. item matrimonij ſauore in dubio præſumitur pro actore. Item matrimonium, ubi reperitur factum in dubio præſumitur factum etiam ſeruatis ſolemnitatibus concilij Tridentini, ibidem.

Matrimonium præſumitur metu factum, ubi ad plura loca puella fuit translata, & ubi puella pluries fuit proteſtata. Laudenſis conſil. 31. nume. 21. & 23.

Matrimonium præſumptum nō admittit probationem in contrarium. Laudenſis in conſil. 61. num. 17.

Magis dilecta præſumitur minus grauata. Moder. Pariſi. conſil. 5. num. 1. & prædilecta non minus præſumitur plus grauata, uel prohibita. Moder. Pariſi. in conſi. 6. num. 7.

Minus quod eſt in dubio præſumitur. Moder. Pariſi. conſil. 9. nu. 22. 23. & 27.

Mater præſumitur magis diligere filiam quam ſe ipſam. inter conſi. ulti. uolunta. per Zilettum conſil. 158. nu. 34 quod eſt Anton. Fran. de Doctorib.

Minus dilectum non præſumitur quis præferre magis dilecto. Cephal. conſi. 62. num. 50. in 1. volum.

Matrimonium præſumitur fraudulentum, quod ſine pompa, ac numero, ſaltem quinque teſtium contractum non eſt. Cephal. conſi. 82. nu. 27. in 1. uol. Roland. a Valle conſi. 93. in 3. ubi contra ſer Iacom.

Matrimonium non præſumitur, quādo eſt maxima diſparitas inter marem & fœminam. Cephal. conſi. 82. num. 63. in 1.

Moriens non præſumitur mentiri. Cepha. conſi. 86. nu. 18. in 1.

Minor præſumitur ſimplex, & ignarus, fallaciis ſubiectus potius, quàm ut ipſe decipere ſciat. Cephal. conſil. 109. num. 14. in 1.

Mater præſumitur melius ſcire ætatem filiæ, quàm ipſa filia. Cephal. in conſi. 142. nume. 57. in 1. uolum.

Malum de malo uiro ſemper præſumitur. Cepha. conſi. 164. nu. 14. in 2.

Metus præſumptio tollitur ex præſentia iudicis. Ceph. conſi. 210. nu. 83. in 2.

Maritus præſumitur ſcire conditionem adiectam legato. Rolandus conſil. 56. num. 24. in 2.

Mutatio præſumitur in his, quæ uariantur tempore. Rolandus in conſi. 67. num. 17. in 2. uol.

Mulier non præſumitur dare omnia bona ſua in dotem. Port. in conſi. 82. num. 7 & 9.

Mendacium præſumendum non eſt. Fortu. in trac. de ultimo fine

ne iuris, num. 477. tomo primo, in princ.

Metiri debitor non præſumitur, qui pecuniam ad manum ſe non habere dicit. Bald.conſil. 318. in princ.

Mandatum nunquam præſumitur ex temporis diuturnitate, ſecus in conſenſu pro forma requiſito Ruin.conſi.41. num. 19. in 1.

Malæ fidei præſumptio ceſſat, & bonę fidei inducitur ſpacio lõgiſsimi temporis, præſertim concurrente titulo, licet nullo & iniuſto maximè confirmato. Ruin. conſil. 41. nume. 25. & 29 in 2. item præſumptio malam fidem abeſſe differt ab illa bonam fidem adeſſe, quia eſt dare medium. Ruin. conſil. 41. num. 30. in 1.

Metus præſumitur, ſi contrahẽs cum tiranno enormiter læſus inueniatur, etiam ſi ſit renunciatũ exceptioni metus. Ruin. in conſi. 105. num. 2.

Metus pręſumitur purgatus per taciturnitatem longi temporis, ſcilicet, quo ad tertiũ poſſeſſorem. Ruin. conſi. 105. nu. 9.

Mala fides poſsidentis pro hęrede dicitur eſſe pręſumpta. Nu. Cacheranus deciſ. Pedemontana 56. num. 10.

Mens talis eſſe pręſumitur, qualis eſt legis. Cacheranus deciſione Pedemontana 160. num. 5. col. 1. ad fi.

Maleficiis uiam aperire quis non debet. Cacheranus deciſione Pedemontana 170. num. 7.

Mala fides quibus caſibus pręſumitur. Menochius de arbitr. iudi. caſu 225.

Male fidei pręſumitur, qui uendit tanquam procurator, ſi nõ couſtet de mandato. Rolan. a Valle in conſi. 6. num. 41. in 3. uolum.

Mala fides pręſumitur, ſi diſtrahitur id, quod non debet diſtrahi. Bal. conſi. 75. in princ.

Memoriam quis tenere præſumitur eorum, quę facit l. magnã, C. de contrahen. & commitẽ. ſtipula. Bald. conſil. 110. col. 2. num. 1. in primo uolu.

Mutatum non pręſumitur quid, niſi probetur. Bald. conſi. 401. in primo.

Mortuus præſumitur is, de quo eſt fama, ac etiam ſit mentio in inſtrumento cum aduerbio quondam. Bald. conſil. 407. nu. 9. in primo uol. idem in eo, de cuius uita nunquam fuit ſcitũ iam unt 20. anni & ultra. Bal. conſi. 90. in 2.

Mortuus non præſumitur, niſi probaretur ſaltem per plura indicia. Bal. in conſi. 170. num. 3. in 2.

Mutuum in dubio pręſumitur quis potius uelle contrahere, quàm donare. Bald. conſi. 236. num. 4. uerſus finem, colum. 2. in 2. uolum.

Mutatum

Mutatum non præſumitur, niſi probetur. Bal. conſi. 9. nume. 2. in tertio.

Matrimonia ex generali conſuetudine non contrahuntur ſine dote, ergo dos conſtituta præſumitur, quòd ad arbitrium boni uiri eſt referendum. Bal. conſi. 111. in 4. uol.

Mulier præſumitur acquirere ex bonis uiri. Bald. conſi. 66. in 5. uolum. & conſi. ſeq.

Mortuus nemo naſci præſumitur. Bald. conſi. 69. in 5. num. 4. in 5. uol.

Mandatum non præſumitur ad delictum, etiam ſi delictum committatur per famulum, uel amicum. Bald. conſil. 383. num. 5. in 5.

Memor quis præſumitur eorum, quæ facit. Bal. in conſi. 505. nu. 2. in 5. vol.

Minor poteſt in integrum reſtitui aduerſus dolum præſumptum. Bal. in l. inter minores, ff. de in integrum reſti. mino. col. 2. circa princ.

Matrimonium præſumitur, licet non conſtet interueniſſe matrimonialia uerba, dummodo interueniant matrimonialia facta, puta honor maritalis, & pſonæ ſint æquales, inter quas honeſtum cadat matrimoniũ. Nam matrimonium inhoneſtum non præſumitur, quia ſi quis furtiuè accedit præſumitur concubina. Bal. in l. in liberæ. ff. de ritu nuptiarum.

Metus, aliud eſt metum præſumere, qui regulariter non præſumitur, aliud præſumere metum non interueniſſe, quod & regulariter non præſumitur, aliud eſt nihil præſumere. Bal. in l. tranſactionem, nume. 1. C. de tranſac. illud quod eſt facti præſumitur ex contumacia, id eſt concubitus, ſed non quod iuris eſt, ideſt matrimonium. Bal. in l. ita demum, colum. 2. num. 7. C. de procurato.

Mandatum ad delictum non præſumitur, niſi probetur. Bal. cõſi. 98. num. 7. in 1. uol.

Mors præſumitur illata tædio uitę, cum cauſa non præceſsit. Menochius de arbitrio iudicis. caſu 284. nu. 17. ut hoc anno fecit quidam Magiſter literarius nomine Thyreſia Romandiolę hic Ferr. 1571. inſeuiente rubeſto terremotu, mẽſe Aprili, qui ſe proiecit in puteum, & ſuffocatus eſt nocturno tempore.

Mala fides præſumitur cõtra reũ, qui in ſecunda inſtantia reportat ſententiam contra, & ideo cõdemnatur in expenſis. Bal. conſi. 24. in 3.

Metus præſumitur factus, ubi metus, uel uerbera præceſſerant. Bal. conſi. 26. num. 2. in 3. uol.

Maritus in dubio non præſumitur uelle priuilegiare uxorem in bonis ſuis. Bald. conſil.

ſil. 51. in tertio uolum. num. 2.

Metus iniuſtus non præſumitur, ubi cauſa eſt iuſta. Bal. conſil. 127. num. 1. in 3. uol.

Mulier pręſumitur bona ſua taci tè uiro ſuo in dotem dare. Bal. conſi. 276. in 3. uol. num. 4.

Metus præſumitur, qui eſt in tor mentis, qui timet crudelitatē, nel capitalem inimicitiam ho minis potentis & arbitrio iu- dicis cōmittitur, & etiam præ- ſumitur metus in eo, qui eſt ita arctatus, quòd non poteſt fugere, & præſumitur compul ſus & terroribus imminenti- bus, & nemo, qui in poteſtate hoſtium eſt præſumitur ſpon- taneus, nec is, qui ſine uitę pe- riculo non audet libera men- te & libera lingua uti, item ꝓ batur metus per locum a ue- riſimilibus, item probatur me tus per effectum, per quem ꝓ- batur animi effectus, item per cathenas pręſumitur impreſ- ſio, libera gēs cui libera mēs, & libera lingua. Bald. conſil. 364. nu. 5. in 3. vol. ubi & alia.

Minores præſumuntur ignorare ius. Bald. conſi. 341. in 3. uolu.

Mēs talis eſſe præſumitur illius, qualem uerba indicant, etiam ſi ſit Papa Gomes. de annali poſſ. q. 10. litera F, fol. 251.

Mutuatum ſocietati mercatorū lex præſumit, quòd ſit acce- ptum in cauſam mercantiæ. Bal. conſi. 440. num. 1. in 4. uol.

Mulier, quæ ſe obligat pro uiro, præſumitur ſeducta a uiro. Bal. conſi. 5. in 5. uide Cepolā conſi. 27. in ciuilibus. Bald. cōſ. 193. in 5. uol.

Memor pręſumitur quis eorum, quę fecit. Bal. in l. quamquam, ff. ad Velleian.

Mulier non pręſumitur ex tradi- tione ſine titulo ex cauſa do- tis tradere omnia bona. Bald. in l. hęc ſententia, col. 2. num. 10. de ſententiis, quæ ſine cer- ta quantitate &c.

In obligatiuis præſumitur, quod eſt minus. Moder. Pariſ. conſil. 11. nu. 22. & ſeq.

Medicinas infirmus recipere re- cuſans præſumitur non ſanæ mentis, glo. in cap. prouiden- dum. 83. diſt. Specula. ſingula- riter in tit. de ſalario, §. ſi. uerſ. ſed quid ſi infirmus. Petr. Ra- uēn. in ſuo alphabeto in uerſ. Furor.

Mulier de facili præſumitur de- cipi, §. his conſequens, in auth. de equalitate dotis, propter vi ri ſeductiones, §. 1. in authen. ut immo. ante nup. don. facit, qđ no. in c. 1. & 3. de adult. item in dubio mulier honeſtæ uitę, prę cibus, uel inſidiis nequiſsimi hominis, qui meditatur rapi- nam, pręſumitur deuicta. l. vni ca. §. pen. C. de raptu uirgi.

Mendax in dubio non pręſumi- tur in dolo, niſi mendacium tendat ad ſui utilitatem. text. eſt

eſt no. in l. eleganter. §. fin. ubi Bar. ff. de dolo.

Miles, qui recipit mutuum, in dubio prçſumitur expẽdere cauſa militię. tex. eſt ſingu. in l. fin. in fi. C. ad Macedon. glo. in l. 2. ff. eo. & eſt præſumptio iuris & de iure ſecundùm glo. ibi.

Mulier quidquid acquirit præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſſe, uide omnino Petrum de Rauenna in ſuo alphabeto, uerſi. depoſitum, fol. 32. col. 4.

Mutatio uoluntatis non præſumitur. Neuizan. conſil. 20. nu. 9. Alexan. conſil. 113. num. 19. in 6. uolum. Corn. conſil. 249. litera A, in 4. uolum.

Mulier non prçſumitur iactare ſuum. Bellonus conſi. 66. nu. 6.

Malus ſemel ſemper prçſumitur malus in eodem genere mali. regula ſemel, de regu. iur. Cępola conſi. 37. num. 3.

Matrimonium non prçſumitur contractum, nec filius prçſumitur legitimus, quando mulier eſt turpis uitæ. Bar. conſil. 120. num. 4. & debet probari matrimonium. ibi. Nec nominatio alicuius in coniugem ꝓbat matrimonium, & alia plura. Pariſius in conſil. 59. in 4. ubi pro D. Ang. uide omnino.

Mortua matre una cum filiis caſu fortuito, præſumitur, quòd filij prius deceſſerint. Bart. in conſi. 179. num. 4. itidem & in prin. Bald. conſi. 145. in 5.

Mutuans militi prçſumitur mutuare in re caſtrenſi, nec admittitur probatio in contrarium. Martin. Lauden. in trac. mili. q. 14.

Mala fides ſemper prçſumitur contra reum in cauſa appellationis condemnatum. Bald. in conſi. 24. num. 2. in 3.

Malè uti ſubſtantia quis an prçſumatur, & quomodo probetur. Bal. conſi. 122. in 3. nu. 3.

Metus an probetur ex prçſumptionibus teſtatori illatus, & compulſio. Bal. conſi. 350.

Mortuus nemo præſumitur naſci. Bal. conſi. 69. lib. 5. num. 4.

Mortuus non prçſumitur, ſed potius uita, quia mors eſt facti, & non prçſumitur niſi in caſibus in iure expreſsis. Bal. conſil. 145. in 5. uol. num. 5.

Mortuus filius primò non præſumitur, quàm pater, niſi quando ſimul moriuntur in eodem caſu, puta ruina &c. Bal. d. cõſ. 145. in 5. num. 6. ubi etiam dicit, quòd quando mors eſt fundamentum intentionis alicuius debet probare mortem, & ibi alia. Caſt. cõſ. 101. in 2. nu. 1. Alexand. conſi. 39. nu. 3. in 1.

Mutuum prçſumitur, niſi qualitas prçcedentium uerborum aliud deſignet. Bald. in conſil. 339. in 5.

Memor quis prçſumitur eorum, quę facit. Bald. in conſil. 505. num. 2. in 5. uol.

Mandatum prçſumitur ex longinquitate temporis, & factū aliquid præſumitur nomine illius, ad quem factum pertinet. Caſt. conſi. 84. num. 8. in 1.

Murus, uel paries cognoſcatur communis, & qualiter nō prçſumatur communis. Paulus de Caſt. conſi. 334. num. 1. in 2. uolum.

Mulier quo caſu non præſumatur habere de bonis uiri. Alexand. in conſi. 24. num. ſecundo, in 1.

Mandatum non habet pro ſe prçſumptionem, niſi quatenus ex eius inſpectione apparet. Alexand. conſi. 6. num. 4. in quarto.

Mens & intentio iudicantis eſſe præſumitur qualis eſſe debet. Dec. conſi. 43. num. 5.

Mandatum non præſumitur ex tempore. Socin. in conſil. 254. num. 5. in 2. vol.

Mariti res in domo prçſumuntur potius, quàm uxoris propter præeminentiam, oportet igitur, quòd uxor probet ſuas. Bald. in l. 2. C. ne uxor pro marito.

Mulier non præſumitur certiorata Velleian. Bald. in rubr. C. ad Velleian. num. 4.

Mulier etiā prçſumitur eſſe territa, donec eſt apud uirum. Bald. in l. & ſi contra, nume. 2. C. de nuptiis.

Mulieres licet perdant inſtrumentum, tamen non perdunt iura ſua, ſi habēt aliam probationem, uel ualidam præſumptionem. Bal. in l. cum citra, in antiq. C. de iure do.

Miles magis præſumitur liberalis, quàm paganus. Bal. in l. Lucius, §. idem reſpon. ff. de acq. hære. ubi tex. & glo. facias unā manum magnam inquit Bal.

Mortuus præſumitur & interemptus ille, qui non apparet. Bal. in l. & ſi certus, §. ſi unus, ff. ad Syllanian. vbi dicit, quòd facit in argu. pro illis, qui non inueniuntur poſt cōflictum, ut præſumantur intercēpti in bello.

Multitudo hominum in iudiciis ſemper prçſumitur. l. in donationibus, C. de dona. Foller. in prac. cano tit. quòd ſi comparuerunt. num. 2. fol. 163.

Mulier uirum timere præſumitur. Innocen. in cap. perlatum, quòd metus cauſa. Concenatius lib. 1. q. cap. 9. num. 20.

Mulier non præſumitur omnia bona in dotem dare marito, uide omnino Concenatium in 2. lib. q. cap. 5. ubi bene.

Mendax in uno præſumitur etiā mendax in alio. Ioan. de Amicis in conſi. 73. num 3.

Metus reuerentialis præſumitur in nurum reſpectu ſoceri, cum eadem ſit reuerentia in ſocero, quòd in marito. Cranetta d. conſi. 182. nume. 9. ubi dicit quiectationem factam a nuru

ſocero

ſocero non tenere in caſu illo.

Mendax conuictus de mendacio ſuper uno negato, præſumitur cõtra eum ſuper alio negato, niſi contrarium probetur. Crauetta conſil.282.colum. fi.circa principium.

Mulier præſumitur mala. Plotus inter conſi.ultimarum uoluntatum diuerſorum, conſi.168. num.48.ubi & alia.

Matrimonium non præſumitur inter diſpares. Calephatus inter conſi. diuerſorum crimin. per Zilettum conſil.59.nu 51. tomo 2.

Minor prǽſumitur ignorare ius ſibi competens, & hoc eſt ſpeciale in ipſo minore. Crauetta in conſi.255.num.3. in 2.uol.

Mens talis præſumitur, qualia uerba, in ore enim & mente prǽſumitur eſſe unum, & idẽ. Crauetta conſi.294.uerſic. ſecundò conſidero.in 2. uol.

Præſumitur ſemper pro eo, quod multum poteſt. Crauetta conſil.318.num.4. uerſi.3. reſpon.

Mortuus præſumitur uulneratus ex negligentia & mala cura, quàm ex uulnere, ubi conſtat de negligentia & mala cura. Aſinius inter conſi. criminalia diuerſorum per Zilettum cõſil.107.num.7.tomo 2.

Magiſtratus habet pro ſe præſumptionem. Natta conſi.527. num.10.

Mulier donans præſumitur decepta. Royzius deci.3. pagina 100.col.1.circa princ.

Mulieris dictum facit præſumptionem nõ modicam, & ideo poteſt deferri iuramentum, quia præſumptione faciente pro aliquo deferri poteſt iuramentum. Abb.in c.ex inſinuatione, num.7. de procuratoribus.

Merita in dubio præſumuntur ineſſe ipſi donatario. Bald. in l.certum, in fi. C.fam. erciſc.

Miles non prǽſumitur in dolo, ſed præſumitur in milite magis error, quàm malitia. Cephalus conſil.110.num.33.

Memor quis præſumitur ſuę ſalutis. Bertran.in conſi.82. num. 1.in 1.uol.

Mercatores præſumuntur libros mercaturę conficere ex mandato eorum, qui cum eis contrahunt, & ex conſuetudine mercantili, & ideo coſtenentur edere ad inſtantiam eorũ, qui cum eis contrahunt, & eſt communis opinio, de qua Bertran.conſi.202.nu.5. in 2.uolu. lib.1.

Mulier præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis uiri, ut euitetur turpis ſuſpicio, etiam, quòd ſit uidua, & gubernatrix pupillorum. Bertran.conſi.280. num. 15.& ſeq.in 2.uolum. lib.1. uide omnino.

Mala fides præſumitur in habente iuris præſumptionem contra

tra ſe. Bertrand. in conſil. 346. num. 6. in 2. uol. lib. 1.

Mortuus quis præſumitur in bello, in quo notoriè multi interierunt, qui in eo fuit ingredi uiſus uiuus, & ipſe non probetur poſtea fuiſſe uiſus, quia ibi præſumitur mortuus. l. fin. §. ſi quis in bello, ff. de iis, qui not. infa. & ibi etiam Bart. Bald. & Angel. quia ſatis dicitur conſtare de morte, & ideo per eorum proximiores hæreditas adiri poteſt. Bertran. conſi. 48. num. 1. & ſeq. in 3. uol. lib. 1. & ualet argumen. a bello ad peſtem. ut per me, de arg. argumento iſto.

N

Nominatus primo in teſtamento præſumitur fuiſſe a teſtatore magis dilectus. gl. in l. qui ſoluendo. 2. ff. de hære. inſti. quia ordo ſcripturæ eſt attendēdus. l. quoties in prin. ff. de uſufruct.

Prǽſumitur pro notario, not. in l. quoties, in prin. ff. de hære. inſti. Alex. in l. Herennius, §. Caia, de euictionibus.

Prǽſumitur pro nobilibus, in his, quæ concernunt nobilitatem. glo. in c. illud. 40. diſt.

Natus præſumitur primò maſculus, cum mulier maſculum & fœminam ſimul parit l. ſi fuerit. ff. de rebus dub. & ſi ambo maſculi ſunt nati pariter, & non apparet quis prius, præſumitur, quòd formoſior & robuſtior celerius exiuerit de carcere materni uteri, argu. l. ſi fuerit §. fi. ff. de reb. dub. ſecūdum Bal. in §. ſed cum uos, in 3. col. in proœm. ff. orum, uide omnino in Apoſtill. ad Bar. de præſump. ubi, quis eorum primogenitus dicatur.

Nobilis & uirtutis ſtudioſus præſumitur quis deſcendens ex nobili genere, ſicut econuerſo de prǽſumptio. regula prima, præſumpt. 48.

Numerus maior eligentium præſumit, quòd maior ſit zelus. Alciat. regu. 1. prǽſumptio. 51. de prǽſumpt.

Præſumitur quòd notario, quòd bene exerceat officium ſuum. Alciat. de prǽſumpt. regula 3. præſumpt. 13.

Natus ex uxore præſumitur conceptus de marito, licet mater interim etiam cum aliis conſueuerit. Alciat. de prǽſumpt. regu. 3. præſumpt. 37.

Nolle, qui ſemel noluit ſemper durare præſumitur, patet ex eo, quod no. ff. ſi cert. petat. l. ſi quis cum nec. §. j. in gloſſ. quǽ ſemper.

Nouatio non prǽſumitur, niſi expreſsè agatur. C. de noua. l. fin. Dic: ut no. ff. de prǽt. ſtipu. l. ſi.

Non præſumitur, qui per nouationē aliquid promittit plus deducere

deducere in ſecunda obligatione, quàm tenebatur in prima, ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus.

Nominans aliquem ad publicũ munus perpetuum excuſationem habentem præſumitur cauſa uexationis & calumniæ nominare, ſi nominatus in cauſa appellationis interiectæ ꝑ eum obtineat. l. 1. C. de ſump. recu. & de decur l. 2. & not. ff. de uaca mu. l. 1. §. ſed ſi per calumniam.

Notarij pręſumũtur habere propoſitum uoracitatis & fraudis, C. de numerat. l. 1. ubi & Luc. de Penna, & in eiſdem faſtus & rapacitas pręſumitur. ff. de priui. eo. qui in pala. mili. l. penultima.

Nouitas parit diſcordiam, de conſue. c. cum conſuetudinis, ubi dicitur, quòd nouitates ꝑſumuntur parere diſcordias.

Negligens pręſumitur, qui admonitus nõ facit, quod facere debuit. 18. diſt. peruenit, & no. extra de cenſi. c. Romana.

Natura humana facilius labitur ad delicta, ut præſumitur, in §. ſi uerò, in auth. de mona.

Nupta præſumitur mulier, quæ anulum defert in digito. 30. q. 5. noſtrates.

Nominationi conſentire pręſumitur, qui appellat ab ea. l. 2. C. de filioſam. lib. 10.

Notando & diſputando bene & optima ratione decerni præſumitur. l. munerum. §. mixta, ff. de mune. & hono.

Notarius pręſumitur rogatus cõficere inſtrumentum, ut no. in authen. de tabellio. §. nos autẽ, in glo. hic no.

Notitiam quis habere præſumitur de his, quę palam fiunt in ciuitate. Abb. in cap. fi. num. 2. qui matri. accuſa. poſſ.

Notarius, an pro notario præſumatur ex lõgo, & quotidiano exercitio. Bald. conſi. 338. in 3. parte, num. 4.

Nouum, uel uetus an præſumatur, & quomodo probetur. Bald. conſi. 263. nu. 1. in ſecunda parte.

Si in utero matris ſimul naſcantur maſculus & fœmina, nec apparet quis primò natus fuerit, pręſumitur maſculus primò natus, ff. de rebus dub. l. ſi fuerit, §. fi. ratio, quia maſculus fortior pręſumitur. Iodocus de præſumpt. num. 24.

Notatius pręſumitur a partibus rogatus, ut inſtrumentum cõficiat, ſi aliter non conſtet, ut no. Ioan. de Lignano in c. 1. de fide inſtrum. quod eſt bonum ſcire, quia inſtrumentum tabellionis non rogati non probat, ut dicit Ioan. de Graſsis in d. c. 1. uide tamen Alexand. conſi. 70. volu. 2. & Bald. conſil. 300. in 4. uol. & conſi. 32. num. 14. & ſeq.

Notorium quid eſſe pręſumitur. Guid.

Guid.Pap.de prǽſumptio. numero 15.

Nuntio an credatur,& pro eo p̄ſumatur, qui exequitur mandatum iudicis, & fuit percuſſus &c. Gui.Pap. in trac. præſumpt. num.20. uide omnino, & etiam Alciat. de præſumpt. regula 3.præſumpt.14.

Notarius mortuus præſumitur, quòd ipſe fuerit notarius, nec eſt neceſſe probare de ſuo titulo, ſed ſolum de quaſi poſſeſsione utendi officio notariatus, ſecus ſi uiueret, ſecundũ Inno.in c. ueniens, de iureiur. & uide Bartol.in authen.quas actiones, C. de ſacroſanctis eccleſiis.

Notorium dicitur etiam, quod reſultat ex præſumptione iuris. Guid.Pap.de præſumptio. num.59.

Negatiua probatur per prǽſumptiones, probãdo amicitiam, uel affinitatem occidentis alium.ita dicit gloſſ. in l. 1. C.de ſica.& pro tanto occiſor probat negatiuam, quia intentio actoris eſt fundata propter crimen commiſſum, nam qui facit,quod facere non debet,dolus in eo præſumitur, ff. ad l. falci l.dolo,ideò ipſo facto intentio actoris notoria iuris p̄ſumptione probatione non indiget, ut dicit Cyn. in l. 1. C. de ſica.

Notariũ quem fuiſſe in antiquis inſtrumentis non eſt neceſſe probare, uel, quòd quis fuerit in quaſi poſſeſsione notariatus, quia ex facto in antiquo oritur præſumptio, ut dicit Innocen.in c.ueniens, de uerbo. ſignifi. & ponit Bal. in authen. quas actiones, C.de ſacroſanctis eccleſ.

Notarius præſumitur falſarius eo ipſo, quòd probatur aliter lectum quàm ſcriptũ.no. Bar. in l.quoties,ff de hære.inſti.& ſi pars producat tale inſtrumẽtum, an poterit aduerſarius redarguere de falſo in aliqua eius parte. Guid.Pap. de præſumpt. num.89. ubi etiam dicit,quòd notarius prǽſumitur apponere uerba importantia uoluntatem defuncti, quãquã ſit idiota.no.Barto. in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tutela.Et ſi unum fuerit dictum per contrahentes, uel per notarium dum uerba contractus recitabat, & aliter reperiatur ſcriptum, non præſumitur falsè ſcriptum, ſed erroneè, niſi ex aliis circunſtantiis aliud appareat, ſecundùm Bartol. in l. quoties in 3.no. ff.de hære. inſti. de teſte, qui dicit ſe nihil ſcire de contentis in inſtrumẽto,uide per Bar.in l. coram,ff. de uerbor.ſigni.& Panorm. in c.cum Ioan.de fide inſtrumẽt. & ſi teſtes contradicãt inſtrumento,cui potius erit ſtan.an notario,

notario,uel teſtib. Specula.titulo de inſtru.edi.§ reſtat,uer. quid ſi dum atteſtatio publicatur. Guid. Pap. de præſumptio.num.93.& q.540.

Notarius ponit in inſtrumento iſta uerba,ex certa ſcientia, & bene conſultus,non ui, non dolo,neque metu inductus,an ex tali aſſertione præſumatur talis contractus eſſe. Reſpon. ꝙ ſic,quia ex inſtrumento oriuntur præſumptiones. prima, ꝙ ſit uerum inſtrumentum .ſecũda,quòd ſit ſolemne tertia, ꝙ uerba prolata a notario fuerint a partibus prolata. iuxta no.in l.cum precibus, C.de ꝓba.ita dicit, & tenet Bart. in l. rẽ maioris precii, C. de reſcin. uend. & iſtud eſt notabile, ſecundum Gui.Pap.de præſumptio. num. 102. attamen credit,quòd admitteretur probatio in contrarium.

Notarius præſumitur rogatus, etiam ſi non conſtet,uel ſiue dicatur,rogatus ſcripſi & publicaui. Firman. uer. notarius de quibus rogetur, fol.120. Alex. in conſi.73.num.7. in 1.

Notarius præſumitur potius errare, quàm falſum committere.Firmanus uer. iſto fol. 121. vbi dicit uerum,niſi conſtet ex coniecturis dolus,& non præſumitur errare,niſi cõſtet,ibi. & quando eſt bonæ famę. Alexand.conſi.53.num.20.in 7.

Notarius non præſumitur ſcripſiſſe teſtamentũ aliter,quàm teſtator dictauerit,& non præſumitur errare, niſi probetur. Caſtr.l.errore, C.de teſtamẽt. item non præſumitur ſcire factum aliter, quàm habuerit a partib. item præſumitur ſcripſiſſe quicquid habuit a partibus in mãdato, cuius fines nõ præſumitur exceſsiſſe,ſed fideliter ſcripſiſſe.Bald.d.l.errore, & præſumitur potius omiſiſſe, quàm plus ſcripſiſſe in ſcriptura ſua.Bal.in l fin.§.licentia.C. de iure delibe.

Nullus pręſumitur ignorare iures patrimonij ſui, & ſuorũ. l. quiſquis,cum glo. C.de reſcin. uendi.

Numeratio præſumitur ſi pecunia fuit præſens, etiam præſumitur facta tempore inſtrumẽti continentis confeſsionem de recepto cum ſtipulatione, & præſumitur numeratio ex lapſu biennij, niſi contra probetur, & non præſumitur numeratio uſurarum contra uſurarium. Firmanus in repertorio,uer.numeratio.

Nuncius quando mittitur præſumitur, quòd mitti potuerit etiam procurator.no.in c. conſtitutus,& ibi doct. & Francus de appella.

Nominatus in ſcriptura tanquã præſens & conſentiens. præſumitur fuiſſe præſens. Alciat.in

 conſi.

conſi.6.num.10.in primo.

In inſtrumentis antiquiſsimis p̄ſumitur eum, qui ſubſcripſit eſſe notarium, nec alia fides de tabellionatu facienda eſt. Alciat.conſi.4.num.16.in 4.

Neceſſarius non pręſumitur neceſſarium ſinere illaqueari & defraudari. glo.in l.2. ff. in ius uoca.eant.

Nominatio filiationis præſumptionem non facit, ita, quòd probandi onus in aduerſariũ transferatur. Dec. conſil. 462. num. 13.

Nudus cum nuda inuentus, & ſolus cum ſola in uno lecto recubans præſumitur fornicatio, uel adulterium c.literis, de pręſumptio. Iodocus ubi ſupra, nume.14. & hæc quidem iuris eſt uehemens & uiolenta præſumptio, ut inquit Iodocus.

Nomen proprium ignorans pręſumitur non ſanæ mentis. Innocen.in cap.cum cauſam, de teſtibus. Pet. Rauennas in ſuo alphabeto, uer. furor.

Notarius præſumitur in dolo, ſi omiſit debitas ſolemnitates in teſtamento, ſecus in aliis inſtrumentis, quia potius præſumitur error, quàm dolus. uide Petr. Rauenn. in ſuo alphabeto aureo, in uer. teſtamentum col.pen.& ult.

Negligere ius ſuum nemo pręſumitur, maximè ubi fuit uigilans in acquirendo. Cepola in conſil.26.numero ſeptimo.

Notarius in dubio pręſumitur rogatus. Bal.in conſi. 158.num.3. in 2.parte, Alexand. in conſil. 48.num.5.in 5.uolum. ubi dicit communem.

Notarius habet præſumptionem pro ſe ex longo & quotidiano exercitio. Bal.in conſi.128.nu. 4.in 3.parte.

Nuncius præſumitur potius aliquem citaſſe ad domũ, quàm perſonaliter, quando habuit in mandatis, quòd citaret perſonaliter, uel ad domum. Alexan.in conſi. 2. nu.7.in 3.uol.

Notarius præſumitur rectius ratione officij, & præſumitur p̄ inſtrumento, quòd contineat ueritatem. Alexand. in conſil. 53.num.29 in 3. uol.

Notarius præſumitur appoſuiſſe clauſulas conſuetas ex uoluntate teſtatoris. Alexand.conſ. 50.num.8. in 6.uolum.

Natus præſumitur ex legitimo matrimonio. Alexand. conſil. 88.nu.9. uol.7.

Notarius in dubio præſumitur, quòd fideliter ſcripſerit. Alexand.conſi.89.num.7.in 7. uolum. & quòd bene & legaliter ſcripſerit. Socin. in conſil. 98. num.13.in 3.

Notarius ſatis præſumptiuè probatur, quando fecit multitudinem inſtrumentorum. Alexand. in conſi.184. num.7. in 7.uol.

Notarius præſumitur peritus nõ indoctus. Corneus conſil. 195. litera V, la ſecunda, & ſequen. in 1. vol.

Notarij rogitus non preſumitur. Corneus in conſi. 70. litera C, in 4. uol.

Nouatio hodie non præſumitur, quomodo intelligatur. Bal. in conſi. 128. in 2. parte, nu. 2. Cephalus conſi. 4. num. 50. in 1.

Præſumitur pro notario. Dec. in conſi. 315. num. 9. Neuus conſil. 37. num. 1. & in dubio potius error, quàm falſitas præſumitur. Grammat. deciſ. 60. nu. 6. & ideo in eo requiritur, quòd dolus probetur ibi. nu. 7.

Præſumendum non eſt in dubio ex ſola negligentia, quòd quis timuerit ſe poſſe repelli, & an ſtetur eius dicto. Ruin. conſi. 58. num. 5. volum. 4.

Pręſumptio, quæ nocet attenditur, quando concurrunt duæ præſumptiones. Gratus reſp. 91. num. 30. uol. 1.

Præſumptio & coniectura inſurgens ex nomine proprio, per alias tollitur. Gratus reſpon. 5. num. 55. uolum. 2.

Præſumitur pro nobilitate. Neuizan. inter conſi. Bruni conſi. 12. num. 103. & pro uiro nobili. Cepha. conſi. 76. nu. 31. in 1.

Neceſsitas ſeruilis pręſumitur, ubi etiam iuſſus ſuperioris pręcedit. Gramma. deciſ. Neapo. 48. num. 83.

Præſumitur pro negante Vin. Paleot. inter conſi. crimi. 85. numero 16.

Præſumitur contra notarium ſolitum falſitates committere. Ioan Fran. inter conſi. crimin. conſi. 129. num. 37. item, qui fuerit condemnatus ad mortem & publicè crematus. Alexand. ſtiati. inter conſil. crimi. 117. num. 1.

Non eſſe præſumitur id, quod nõ reperitur. Emilian. conſi. 103. num. 4.

Præſumptio iuris eſt, quòd quis potius nomine ſuo, quàm alieno uideatur ſoluere. Emilian. conſi. 26. num. 20.

Præſumptio a natura & conditione muliebris ſtatus & uirginitatis ſumpta, uiolenta eſt & plenè probat. Zaſ. conſ. 56. nu. 26. in 2.

Præſumptio in his, quæ conſonãt ueritati, ſiue naturæ, plenè probat. Bar. in l. 2. num. 6. ff. de excuſat. tutor. & cura.

Præſumptio eſt pro nobili uiro, ſpectatæq. fidei, ne quid agat, quod dedecori aut uitio uerti poſsit. Port. conſi. 5. num. 67.

Præſumptio illa fortior exiſtimatur, quę ex natura actus & rei proficiſcitur. Por. conſi. 16. numero 59.

Negligere propriam utilitatem nemo præſumitur, nec ei ius competens, & propriam utilitatem. Portius conſ. 147. n. 87.

Naturæ præſumptio eſt, quòd bonus, quis præſumatur. Rolan. conſi. 96. num. 9.

Nobilior præſumptio in iure eſt accipienda. l. merito, ff. pro ſocio l. quintus. ff. de dona. inter uir. & uxor. l. ſemper in dubiis, ff. de regulis iuris, contra de. l. unum ex familia. §. fi. ff. de leg. ſecundo.

Natus ex gente infamata adhuc præſumitur in illa infamatione. Neuizan. inter conſi. Bruni conſil. 12. col. 10. & 21.

Natus ex uxore, quæ ſecundo nupſerit intra duos menſes poſt mortem primi mariti præſumitur ex primo uiro filius, ut per Bart. & Docto. in l. Gallus, prin. ff. de libe. & poſthu. & ibi Imola. & Bal. in l. ſi matre. C. de ſuis & legiti. Firmanus uer. natus.

Nemo prçſumitur iactare ſuum. l. campanus, ff. de operis liber torum. l. cum de indebito, in fi. ff. de proba.

Nominatus primò prçſumitur maior, & præſumitur magis dilectus. Bald. l. penult. C. de uerbor. ſigni. per l. 1. de albo ſcriben. de conſecra. diſt. 2. in Chriſto pater, & in rubri. C. ſi quis omiſſa cau. teſta.

Notarius ſcribendo præſumitur comprehendiſſe uoluntatem contrahentium, uel teſtatoris, uel teſtium, & uſum eſſe uocabulo importante propriè uoluntatem partis, vel teſtatoris, ſed debet eſſe cautus, ut ponat uerba uulgaria, quãdo in latinum non poteſt bene reducere. Bart. in l. ſi quis filiab. ff. de teſta. tute. Firma. uer. notarius ſcribendo, ubi fuſius, fol. 118.

Notarius non præſumitur rogatus, niſi conſtet ex inſtrumento. Firman. uer. notarius rogatus. Vaſquius de hæredib. inſti tuendis. lib. 1. §. 3. num. 19. ubi ardua eſt iſta quæſtio. & ibi, ꝙ uſu forenſi eſt approbatum, quòd notario aſſerenti ſe eſſe rogatum credatur.

Notarius prçſumitur rogatus ponere in inſtrumento clauſulas conſuetas, ſecundùm naturã contractus. Firmanus uer. notarius rogatus.

Notarius aliàs legalis non præſumitur falſitatem committere. Corn. in conſi. 261. litera k, in 4. uolum. fuſius Cagnolus in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. Boſs. tit. de falſis, num. 56.

Nobilitas non eſt præſumenda, ſed probanda, & potius quis præſumitur popularis, quàm nobilis. Curtius ſenior conſil. 18. num. 1.

Notarius in dubio non præſumitur a teſtatore de teſtamento rogatus. Ruinus in conſil. 12. num. 15. in 2. uide tamen Pariſi. conſi. 27. num. 19. in 1. uide tamẽ Gui. Pap. conſi. 193. nu. 5.

Non debet eſſe in arbitrio hęredis ex præſumpta mente teſtatoris excludere fideicommiſſarium. Ruin. in conſil. 122. nu. 8. in 2.

Notarius, qui errorem ſuum correxit, an præſumatur incontinenti, an ex interuallo correxiſſe. Ruinus conſi. 16. nume. 2. & ibi dicit, quòd incontinenti.

Natus in dubio filius eſſe pręſumitur, quamuis uxor diu ſterilis fuit, niſi maritus quandoque diuertiſſet. Ruin. conſi. 53. num. 2. ubi plura de filio. uide Abb. in c. per tuas, num. 1. & 2. de probationibus.

Notarius an præſumatur incontinenti ſe correxiſſe faciendo additiones in margine inſtrumenti corrigendo, uel addendo. Rui conſil. 68. nume. 4. in 4. uolum.

Nepos pręſumitur ignorare diſpoſita, & contenta in teſtamẽto aui. Pariſius conſi. 72. num. 18. in 1. fallit, ut ibi. num. 21. ſi geſsit aliquid relatiuum ad tale teſtamentum. item ſi pluries confeſſus eſt ſe hæredem ex teſtamento, ibi. num. 23. & ubi ſatisfecit legata, & ibi alia uide.

Pro nbilibus multum præſumitur. Socin iun. in conſil. 39. nu. 26. in 2.

Notarius præſumitur potius aliquid ſcripſiſſe per errorem, quàm per dolum. Marſil. conſil. 7. num. 24. & conſil. 51. num. 31. & non pręſumitur ſcripſiſſe falſum, ſed ſcripſiſſe, quòd partes uoluerunt. Cephal. conſil. 179. in ſecundo, num. 24. & ſeq. hoc indiſtinctè non procedere ait Boſsius tit. de falſis, num. 68.

Negligens nemo præſumitur in in his, quæ proprium commodum cernunt. Roman. conſil. 481. num. 9. & negligentia non præſumitur. Menochius fol. 59. num. 385. de recuperanda poſſeſsione.

Naturalis in dubio quis præſumitur, non ſpurius, inter naturales ius eſt cognationis non agnationis. Craueta conſilio 1,8. num. 1. Alciatus conſi. ultimo, num. 6. ut euitetur ſuſpicio delicti, quia aliàs eſt neceſſe dicere ſpurium, quę nominatio cadit in delictum.

Notarius præſumitur elegiſſe uerbum aptum uoluntati teſtantis, niſi per alia conſtat aliter intellexiſſe. Gratus reſpõ. 211. num. 28. in 2. uol.

Notarius nõ pręſumitur ſcripſiſſe illud, quod a partibus non fuit ſibi dictum. Gratus reſpõ. 112. num. 27. in 2.

Natus in domo uiri ſtante matrimonio præſumitur natus ex uiro. Riminal. conſi. 289. num. 2. & ſequen. item natus in domo habitationis paternæ præſumitur natus ex concubinatu.

tu. Alciat. conſil. vltimo.

Notarius non præſumitur rogatus, ut amicus. Riminal. conſi. 526. num. 8. in 3. uol.

Notarius iuris præſumptione p̄ſumitur a principio feciſſe ꝓthocollum. Emilian. in conſil. 45. num. 1.

Nouatio hodie non præſumitur, niſi fiat expreſsè, cenſetur tamen fieri nouatio etiã tacitè ſaltem ope exceptionis, quando extant euidentes coniecturæ &c. Alba in conſi. 68. num. quinto.

Negans in dubio habet pro ſe p̄ſumptionem. Paleotus inter conſilia crim. diuerſorum, cõſil. 85. tomo 1. num. 16.

Notarius præſumitur ſcire iura. Zaſ. conſi. 21. nu. 3 in 1. & præſumitur doctus & peritus. Neuizan. in conſi. 28. num. 19.

Notarius pręſumitur ſcribere ſecundum uoluntatem partium. Neuizan. in conſi. 46. nume. 36.

Notarius præſumitur bene ſcribere uoluntatem teſtatoris. Neuizan. conſi. 64. num. 31. & quòd ſolemnitatem a iure requiſitam ſeruauerit. Nonius conſi. 37. num. 3.

Pręſumitur contra habentẽ malũ nomen, uel cognomen. Laudẽſis in conſi. 58. num. 11.

Præſumitur pro manu publici notarij, etiam quo ad ſolemnitates. inter conſi. Ziletti conſil. 46. num. 4.

Nocens quis præſumitur ex contumacia, & per perſeuerantiã illa pręſumptio uehemens efficitur. Selua de beneficio. q. 4. num. 53. parte 3.

Nobilis genere præſumitur magis idoneus ad rem militarem. Bonicon. de Curtili in trac. de nobilitate, in 3. parte, num. 58. tomo 5.

Nobilis facilius donare pręſumitur, quàm ignobilis Bonicon. de nobilitate, parte 5. num. 14. & 18. & pro nobilibus pręſumitur in his, quę ad nobilitatem ſpectant, ibi. num. 59. & nu. 28.

Notorium præſumptionis quod dicatur, & qualiter de ipſo exẽplificetur. Butrius in tracta. de notorio, tomo 18. fol. 3. & notoriũ pręſumptionis dicitur, ſi infamatus in purgatione deficiat, quę ſibi in iudicio indicitur. uide omnino ibi. articulo ſecundo.

Natus quis primò pręſumatur, an mas, an fœmella, natis uno partu. Bartol. in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi. & primò maſculus pręſumitur natus, niſi fauor libertatis aliud ſuadeat. Bar. in l. ſi fuerit. §. planè, ff. de rebus dubiis.

Notarius pręſumitur ſtipulari tanquam publica perſona, & nomine omnium quorum intereſt. Bart. in l. ſi pupillus, nu. 4. ff. rem pupilli ſaluam fore.

Notitiam quis habere pręſumitur,

tur, de his, quæ palam fiunt in ciuitate. Abb. in c. cum in tua, nu. 2. qui matri. accu. poſſunt. ignorantia tamen quando præſumitur de his, quę palam fiũt in ciuitate. Abb. in d. cap. cum in tua, num. 3.

Negatiua præſumpta quando probetur. Salyc. in l. actor, nu. 16. C. de probatio.

Naturæ præſumptio onus probandi in aduerſarium tranſmittit. Saly. in l. nec codicillos, C. de codicillis.

Nouatio nunquam præſumitur niſi expreſsè agatur. Socin. in l. qui uſumfructum, nume. 18. ff. de uerbor. oblig.

Nouercæ prçſumuntur inimicæ priuignorum, ut quicquid facit pater contra filios habentes nouercas prçſumatur facere ſuaſionibus nouercalibus, & ſic non debet tolerari. Caſt. in l. hoc colore, ff. de inoffic. teſtamento, num. 6.

Qui per decennium ſe geſsit pro notario præſumitur creatus ſolemniter notarius. Iaſ. in l. qui in aliena, nu. 40. ff. de acquiren. hæred.

Nullitas relicti potius præſumitur, quàm quòd hæres præſumatur grauatus ad aliquid redimendum. Iaſ. in l. ſi grege, §. 1. ff. de leg. 1.

Nouatio non prçſumitur, ſi dico promitto ſtichũ ex cauſa emptionis, & ſi eum non dedero promitto centum nomine pœnę. Alexand. in l. ſi ſe non obtulit, §. ſi ex conuentione, num. 7. ff. de re iudica.

Nuncij relatio an præſumi faciat cõmiſsionem iudicis prçceſſiſſe. Alexan. in l. ſciendum, nu. 45. ff. de uerborum obli. & ibi de nuncio alia uide omnino.

Nouatio non præſumitur, ſed potius adpromiſſor, quàm ex ꝓmiſſor. Moder. Pariſ. in rub. ff. de uerbo. oblig. num. 54. & 55.

Natus ex bona progenie bonus prçſumitur. Blancus in prac. num. 36. fol. 128.

Notarij error per quot teſtes ꝓbetur, & an præſumatur, ſi omittit ſolemnitates inſtrumẽtorum. Follerius in prac. crim. uer. item quòd committit falſitatem, num. 59.

Notorium præſumptionis quid ſit, & quotuplex ſit. Gandi. de maleſi. tit. de notorio, fol. 347.

Nauis prçſumitur eſſe illorum, quorum uexillis nauigat. Stracha de mercatura, in 2. parte princ. num. 72.

Notarius an præſumatur ſcire leges præſertim uulgatas. Boſs. de falſis, num. 59.

Notarius an præſumatur, qui ſe talis geſsit. Tiraquellus de prçſcriptio. pag. 53. uide omnino Viuium communi opinione 195. parte 2.

Notarius prçſumitur rogatus regulariter, licet non dicatur.

Bella-

Bellamera deciſ. 267. & 182. & in addi.& ibi quid de teſtib. an præſumuntur rogati.

Nobilis in dubio pręſumitur ſuũ honorem timere, & uerecundiam habere de iniuria ſibi illata.Bombi.conſi.19. num.25. & conſi.16.num.30.

Negligens in maiori præſumitur in minori negligens. Bart. in l. ab hoſtibus,§. ſed quòd ſimpliciter,in 3.col. ff.ex quibus cauſis maiores.

Nouerca præſumitur mala priuignis. Cagnol. plura ad rem in l. hoc colore, C.de inoffic.teſtamento.

Numeratio pecuniæ pręſumitur facta in confeſſo recepiſſe.Martin. Laudenſis in conſilio 50. num.17.

Nouatio non pręſumitur.l. fin.C. de nouatio priori ſcilicet forma retenta,aliàs tacita nouatio inducitur. Moronus in ſuo de fide, treuga & pace, parte ultima,q.ultima, num.2. uide omnino.

Notarius ex quibus pręſumatur rogatus, plura Pariſius conſil. 61.in 3.volum.

Nominatim eſt ſatis fieri, ſi coniecturis & præſumptionibus elicitur, quod nominatim exprimi debet, ut declarat Bar. in l.j.ff.de ui bonorum raptorum, quem refert & ſequitur Barba. conſi.88. col.4. uolu.4. ubi plura, & inter conſi. Syluani 57. num.23. & pluribus ſeq. Pariſius conſil.19.nu.12. & 26. in 3. & idem Pariſius in conſi. ult.in 3.uolum.num.45.& pluribus ſequent.

Nobilis quis non præſumitur, niſi probetur. Roland. a Valle in conſi.67.num.26. & ſeq. in 3.

Nouatio non pręſumitur, licet adiiciatur fideiuſſotia, uel coequalis obligatio.Bal.in conſi. 266.num.2. in 1.

Nominatus primò in litera pręſumitur principalis.Bal.conſi. 348.num.6. in 1.& ibi etiam dicit,quòd unuſquiſque præſumitur ſuo nomine contrahere & paciſci, & ꝙ mandatum nõ pręſumitur.

Notarius ſiue tabellio habet pręſumptionem pro ſe, & pro tabellione actorum plus præſumitur,quàm pro teſtibus c.ad audientiam, extra de pręſcrip. Bal conſi.281.num.7. in 2.

Natus, quo tempore præſumatur. Bald. conſil.390.in 2. uide omnino,& ibi an ſit pręſumendus ex uiro,uel ex coitu damnabili,& alia ibi.

Natus ex ſoluto & ſoluta naturalis præſumitur præſumptione iuris.uide omnino Bald.conſi. 206.num.1.in 3.uol.

Nominis conformitas, ubi eſt, pręſumitur corporis idẽtitas, niſi probetur diuerſitas. Bald. in conſilio 70. num.1 in quarto uolum.

Negans

Negans de mendacio conuictus habet præſumptionem contra ſe. ſed contra confitenté non præſumitur extra confeſſionem, cui ſtatur pro ſe, ſicut contra ſe, niſi præſumptio ſit pro aduerſario. Bald. in l. cum de indebito, de proba.

Notarius præſumitur rogatus. Bal. in l. hac conſultiſsima, nu. 2. C. de teſtam.

Nobilitas patris aliud præſumere facit, quàm aliàs faceret, quia ex nobilitate augetur animus nobilium, non enim eſt animus nobilium ita limitatus, ſicut animus fœneratorũ. Bald. in l. filia legatorum, C. de legatis, num. 3.

Negligens præſumitur, qui non facit actum debito tempore. Herculanus in ſuo de negatiua, num. 250. pag. 187. ad fi.

Noctis tempore occidens, uel uulnerans, præſumptio eſt occidentem, & uulnerantem delictum præcogitaſſe. Follerius in prac. cano. tit. auditisq. aduocatis, num. 54.

Nominis pluralitas non præſumitur. Crauetta conſil. 257. nu. 2.

Notariatus præſumitur propter antiquitatem temporis ultra annos centum. Crauetta in conſi. 274. num. 14. in 2.

Nouatio non præſumitur, niſi expreſsè agatur. l. fi. C. de noua. cum ſimil. ut per Crauettam conſi. 282. num. 3. in 2. uol.

Notarius in dubio præſumitur, quòd ſcripſerit ut notarius, non ut amicus, quando de hoc eſt dubium. Natta conſil. 146. num. 8. in 1. uol.

Notarius non præſumitur rogatus, niſi ꝓbetur, & hæc eſt magis communis opinio, ut per Bertrandum conſil. 140. num. 32. & ſeq. in 2. vol.

Natus nemo præſumitur ſine cõiunctis, ut eſt communis conclusio in repertorio Campegij inter repertor. Bruni in uer. coniunctus.

Notarius ſi ſcribat unum quod non fuit dictum a partibus, uel plus dictum, quàm ſcriptũ ex tex. præſumitur id per errorem factum, niſi notarius ſit malæ famæ. Bertran. in conſil. 301. num. 3. in 3. vol.

Negatiuum ius præſumitur, ubi negatiua probari non poteſt. Bal. in l. actor, in fi. C. de prob. Inno. in c. cum contingat, de offic. deleg. Firman.

Negligens in maiori præſumitur in minori negligens. Firman.

Negligentia in iudice non præſumitur, niſi poſt proteſtationẽ ſibi factam. Firman. uer. iſto.

Negociorum geſtor non præſumitur expendere de ſuo, ſed de bonis domini. Bar. l. Neſennius, ff. de nego. geſt. Firman. uer. iſto.

Negociorum geſtor præſumitur habuiſſe animum depredan-

di, ſi quid celat & ſupprimit tempore reddendæ adminiſtrationis.Bar.in l.ſi pupilli. §. ſed ſi quis,de nego.geſt.

Negociorum geſtor præſumitur facere contemplatione domini,ad quem ſcit negocium ꝑtinere.Firman.uer.iſto.

Negociorum geſtor promittens dotem pro ea, cuius negocia gerit,non pręſumitur donare, ſed poteſt repetere.Bar.ſingu. in l.cum poſt § 1. ff.de admin. tutorum.

Nemo preſumitur iactare ſuum. l.campanus.ff.de operis libertorum, & l. cum de indebito, de proba.in fi.

Nobilium multitudo pręſumitur eſſe,ubi eſt princeps l.omniũ, & ibi Bar.C.de teſtamen.

Nobilis habet præſumptionem pro ſe in his, quæ concernunt nobilitatem,gl.fi. in cap. illud 40.diſt.Ludo.ſingu.uer. nobilitas.uer.in his.

Nominatus primò pręſumitur maior. Firmanus uerſi.nominatus.

Notarius præſumitur eſſe de loco, ubi actum eſt inſtrumentum,ſi aliter non apparet.Firman.uer.notarius.

Notarius ſcribendo præſumitur comprehendiſſe uoluntatem contrahentium,uel teſtatoris, uel teſtium,& uſum eſſe uocabulo importante propriè uoluntatem partis, uel teſtatoris,ſed dēt eſſe cautus, ut ponat uerba uulgaria, quando in latinum non poteſt bene reducere.Firmanus in uerſ.notarius. notarij officium &c. & ꝓſumitur pro notario. Grammatic.conſi. ciuili 65.

Numeratio præſumitur præceſſiſſe & eſſe ex confeſsione de recepto. Martinus Laudenſis in conſi. 50.num.15.niſi ex mutuo, ut ibi per ſubſcribentes DD.etiam.

Notarius ꝓſumitur habere apud ſe originale,niſi illud perdiderit,non autem præſumitur illud reſtituiſſe partibus. Barr. in l.ſi quis §.prętor. ff.de eden.

Notarius a principio pręſumitur feciſſe prothocollũ, quod habere pręſumitur,& non publicum inſtrumentum.Bar. in l.ſi librarius.ff.de reg. iur.

Notarius non præſumitur ſubornari,ſicut teſtis. Bal.in l.uolumus.C.de teſtamentis.

Notarius non præſumitur rogatus,niſi conſtet ex inſtrumento. Firmanus uerſicu. Notarius rogatus, & an pręſumatur rogatus ut notarius, an ut teſtis.ibi.

Sententia contra ſententiam nõ ualet, quia eſt lata contra notorium præſumptionis iuris, quæ præſumptio reſultat, & præſumitur pro iudice ex ſententia tranſacta in rem iudicatam. Nam d. notorietas eſt præſumptio iuris, quod quidẽ notorium cedit utique notorio facti, & ueræ probationi, ceſſat enim præſumptio legis, ubi eſt uera probatio. Ioan.de Amicis conſi.26. num.5.

Solutio facta ex interuallo poſt promiſsionem & compoſitionem, præſumitur ſponte facta, & dicitur metus purgatus, & exceptioni renunciatum per inquiſitum, aliàs ſecus. vide omnino Ioan. de Amicis conſil.49.num.9. ubi bene pro D. Bart.de Miliario not.

Seruitus realis non præſumitur, licet uicinus ſit in quaſi poſ-

ſeſsione ſeruitutis, niſi aliter probetur, ſecus in ſeruitute pſonali. Ioan. de Amicis conſil. 50. num. 3.

Scire quis dicitur cohabitans cũ aliquo, & conuerſans, & frequentans prçſumitur. Crauet. conſi. 220. num. 12. in 2.

Socius præſumitur ſcire facta ſocij. Crauetta d. conſi. 220. nu. 12. in 2.

Soluens precium pro re commu niter empta, an præſumatur ſoluiſſe de propria pecunia. Bertachi. uer. ſolutio, uer. 13.

Scientia prçſumitur in his, quæ publicè fiunt prçcedentibus proclamatibus, et ſubhaſtationibus, quia in his, quç publicè fiunt ignorantia allegari non poteſt. Crauetta conſi. 271. num. 8. uerſi. quinto prçſumitur ſcientia, et ibi etiam dicit, quod de inſtrumento, vel aliquo actu mentionẽ faciens, de eo habere notitiam, & ſcientiam præſumitur, quòd probat, & ratione conuerſatio nis præſumitur ſcientia. ibi, & ratione communionis uictus, & ſimultaneæ habitationis, & ideo ob id vxor prçſumitur ſci re rem eſſe emphyteuticam, & ideo non ſoluendo canonem rem emphyteuticam facit incidere in commiſſum, ibid. & in his, quæ communiter fieri ſolent præſumitur ſcientia, ibid.

Stipulatio, ut ualeat præſumitur incontinenti ſtipulatus extraneus dotans mulierem, & ſtipulans dotem ſibi reddi. Crauetta in conſi. 278. nu. 2. ue r. 7. ubi res debita eſſet.

Stipulatio ſine cauſa non ualet, nec præſumitur cauſa donationis ad eius ualiditatem. Crauetta in conſilio 296. conſil. 3. potius.

Superior non præſumitur præiudicare uelle tertio, nec differre ius tertii etiam per clauſulas ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis, & c. Crauet. d. conſi. 26 6. uerſi. 2. talis.

Scientia præſumpta, etiam ex fama non ſufficit, ubi agitur de puniendo præſentem in loco famæ, & etiam non nocet ſciẽtia præſumpta ex fama abſenti in ciuilibus, & in terminis citationis per proclama, quòd nõ liget abſentem, tradit Bal. in conſi. 154. citatio, lib. 3. uide Crauett. omnino in conſi. 319. col. fi. conſil. 5. reſpondeo. in 2. uolum.

Subditi præſumuntur, qui parẽt mandatis, & qui faciunt, quæ ſubditi faciunt. itẽ qui ſoluunt penſionem. Bertachin. in uer. ſubditus, nu. 21.

Solutio facta Abbati, & capitulo ſimul præſumitur uerſa in utilitatem eccleſiæ. Caſt. conſil. 1. quod incipit ego Paulus. Bertachi. uer. ſolutio eſt facti, uer.

29.fol.78.col.3.in principio.
Scire prçſumitur quis in ſui prçiudicium, quod notorium eſt, & maxime ſi inquirere teneba tur. Bellamera conſil.25. col. pe.ad fi.
Solennitas prçſumitur interueniſſe tẽpore inſtrumenti. quia ſufficit,quòd ſolennitas certiorationis Velleiani potuerit interuenire tpę inſtrumenti |ad hoc,ut prçſumatur pro ſolennitate enunciata in inſtrumento.Bertran.conſi.103.num.46. in 2.uol.in antiquis.

T

Teſtator non prçſumitur uoluiſſe magis grauare hæredem,quàm curare de ualiditate legati facti, & ſic de actus ualiditate, quàm ſecus Bertr. conſi.93.num.2.in 3.uol.
Teſtator prçſumitur uſus uerbo, quod ſecundum conſuetudinem patrię aliquid importat, aliàs non eſt uis in uerbis eius l. fideicommiſſa. in prin. ubi Bar.ff.de leg.3.
Teſtis non prçſumitur iuratus ex uerbis notarii, talis iuratus, niſi conſtet ea die potuiſſe iurare.Fed.de Sen.conſ.218.quçritur,an dom.Marſil.in l.1.§. ſi quis dicatur.col.3.ff. de q.Firma.fol.141.col.1.
Teſtis prçſumitur iuratus ea die, qua depoſuit, niſi fuerit feriata.Bal.in l.fi. ultima col.uerſ. quæro cauetur.C. de re iudic. item teſtis prçſumitur depoſuiſſe die iuramenti, ſi iurauerit intra terminum probatorium.in Spe.de teſt.§. ſed qualiter.Firma.ubi ſupra.
Teſtis præſumptio probat coitũ carnalem,ut quia uidit ſolum cum ſola nudos in ſecreto.ca. prçterea,de teſtibus.
Teſtes per eadem uerba deponẽtes non probant, cum prçſumantur prçmeditaſſe ſermonem,& ſubornati, fallit ut per Firma.fuſius uer. teſtes per eadem uerba.fol.143.col.1.
Teſtis dicens ſcio, quia ſum uicinus,probat præſumptiuè,cum prçſumatur ſcire de uicino,an ſit pauper,uel bonę famæ,& regulariter omnia in genere, nõ in ſpecie actus, qui non ſit notus, uicinis uide omnino Firma.uer.teſtis dicens ſcio.folio 146.col.2.
Titulus prçſumitur ex patientia & præſtatione diutina. Firma. uer.titulus.
Titulus prçſumitur, licet nõ probetur, quando quis opponit d.pſcriptionem, & probat curſum temporis, & allegat titulum,ide Bertachi.ibid.
Tituli prioritas facit prçſumptionem in poſſeſſorio.Bald.in l.1. uer. & ſic no.C. de edicto diui Adria.col.
Titulus à iure præſumptus ſuffi-

cit

cit in ceſsione Firmanus uer. titulus.

Tortura allegata pręſumitur, niſi contrarium probetur. unde ſi confeſſus crimen dicat ſe fuiſſe tortũ, licet non probet, non poteſt condemnari, niſi ratificauerit apud acta, cum in officialibus p̄ſumatur illatio metus. Firmanus uerſi. tortura, & tortura ſine iudiciis facit pręſumi uiolentiam in iudice, ibid.

Traditio præſumitur ex cauſa depoſiti. Firmanus uerſicu. traditio.

Traditio ſine cauſa præſumitur donatio, ibi.

Traditio præſumitur facta poſſeſſori titulum habenti, ibid.

Tutor nõ præſumitur ditatus de bonis adminiſtratis, ſed ex ꝓpria induſtria. Firm. uer. tutor fol. 163. col. 3.

Præſumptio eſt, quòd teſtes deponentes de fama audiuerint dici ab hominibus fide dignis inter tot homines, per quos fama conſtituitur, ſunt multum fide digni, & honeſti. Alc. conſ. 6. nu. 28.

Non præſumitur iudicem exceſſiſſe modum in danda tortura ſed pręſumptio eſt in fauorem ipſius iudicis. Alc. cõſi. 5. nu. 12. libro 7.

Infideles facilè præſumuntur ad ſuos transfugere. Alc. d. cõſ. 5. nu. 22. lib. 7.

Teſtator præſumitur accommodare ſuam uoluntatem ſecundum diſpoſitionem legis. Alc. conſi. 53. nu. 5. lib. ultimo, & p̄ſumitur uelle teſtator id, qđ uult ius commune. Rolan. de Curt. in conſi. 123. nu. 33. inter conſ. ciuilia Ziletti.

Teſtis non iuratus facit pręſumptionem, licet non ſemiplenè probet. capit. nuper, ubi gloſſ. de teſtibus Deci. conſilio 540. pen. colum. in fin. uolu. 3. quia præſumptio eſt minus ſemiplena probatione, & eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in conſi. 129. col. 2. uerſi. ſecundo moueor. vol. 1. de quo ſic Gribal. communi opinio. uer. præſumptio.

Teſtis uerboſus habet contra ſe præſumptionem. Fugitiuus de exceptionibus contra teſtem, num. 39.

Teſtamentum penes ſe habens præſumitur ſcire contenta in eo. Abb. in conſi. 19. in 1. parte Alexan. in conſi. 97. ad fi.

Teſtibus deponentibus ſecundũ præſumptionem legis debet potius credi, quàm illis, qui deponunt contra præſumptionem. Alciat. conſi. 55. nume. 21. lib. ultimo.

Teſtamentum qui ſcit, præſumitur etiam ſcire fideicommiſſum in eo appoſitum. Alc. cõſi. 56. nu. 6. lib. ultimo.

Teſtator præſumitur uelle potius

tius ſuis relinquere, quàm extraneis. Alc. in conſi. 70. lib. ultimo, nu. 2. nec eſt præſumendum, quod quis uelit poſtponere ſobolem ſuam, etiam pię cauſæ, ibi. nu. 2. uoluntas tamē captatoria in relictis ad pias cauſas toleratur, ut eſt magis communis opinio, de qua Gribal. commun. opi. uerſicul. pia cauſa.

Teſtatoris uoluntas præſumpta primo loco in fideicommiſsis ſpectanda eſt, etiam, quòd uerba aliter oſtenderent. Alc. conſil. 101. nu. 3. lib. ultimo.

Teſtis ſufficit, quòd præſumptiuè cōcludat. Gribaldus in ſuo communium opinionum uer. teſtis deponēs de ſua propria præſentia uide omnino.

Teſtis, qui in alia cauſa cōtra me teſtificatus eſt, non debet admitti in iſta, quia præſumitur eſſe mihi inimicus. c. cum P. de accuſa. l. produci. ff. de teſtib.

Teſtis habet præſumptionē contra, ſi non cum conſtantia, ſed cum repudiatione deponat. l. de minore. §. tormenta, ibi plurimumq;. ff. de quæſtio.

Teſtis, qui olim fuit criminoſus adhuc præſumitur. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſta. & c. 3. in fi. de pigno.

Teſtis præſumitur iuratus, ſi notarius ſcripſerit, eum iuratum teſtimonium exhibuiſſe. Couarru. uariarum reſolutionum lib. 2. c. 13. nume. 2.

Titulus talis præceſsiſſe præſumitur, qualis apparet uſus, & conceſsio. Mod. Par. conſil. 50. numero 38.

Teſtator præſumitur minus grauare legatarium, quàm ſit poſſibile, immo quòd uelit eum honorare. l. cum alienam. C. de legatis. Mod. Par. in conſil. 52. nume. 35.

Pro teſtis dictó præſumitur in facto, licet non in iure. Bal. conſ. 273. in 1. nu. 7.

Teſtator præſumitur potius diligere filios, quàm filios filiorū ipſius, & ſic nepotes. Mod. Par. conſi. 56. nu. 15. & ſeq.

Teſtis nullam cauſam reddēs pſumptionem aliquam non facit, uide omnino Pet. Rauēna. in eius aureo alphabeto in uerſic. teſtis, col. fi.

Teſtator pręſumitur habuiſſe maiorem affectionem ad filias, pprias, quàm ad filias fratris. Cepola conſi. 49. nu. 7.

Teſtator præſumitur ſcire, & ſciſſe iura, per quorum ſcientiam ſuum condidit teſtamentum. Bar. in conſi. 243. nu. 9.

Teſtes teſtamentarii non præſumuntur rogati. Nellus in trac. de teſtibus, nu. 247. & ibi quibus caſibus debeant eſſe rogati, inter tractatus Bartoli.

Tenere quis an præſumatur tanquàm hæres, & tanquàm rem, de qua fit mentio in teſtamento.

to.Bal. in conſi.83. numero 6. in 1.parte.

Teſtamentum non præſumitur ignorare extraneus hęres.Bal. conſi.403.nu. 5.in 3.& in conſi lio 404. numero 2. & ibi quid ſi eſt filius,an præſumatur ſcire teſtamentum paternum, & conſi.410.eo.uol.3.

Teſtamentum,ſi quis inſpexerit pręſumitur habere notitiã to tius teſtamenti. Alex. conſilio 202.nu.5.in 1.uol.

Teſtator in dubio magis præſumitur diligere animam ſuam, quàm uxorem.Alex.in conſil. 66.nu.12.in 2.

Teſtis deponens ſuper negatiua non coarctata loco,& tempore præſumitur falſum deponere.Alexan. conſilio 86. nume. 19.in 2.

Teſtator præſumitur magis diligere eos, qui ſunt de cognatione ſua quàm extraneos. Alex. conſi.130.uol.2.nume.4.& magis diligere eos,qui ſunt in rerum natura.Alex.conſi.52.nu. 6.in 4.uolu.& plus diligere p̄ſumiť teſtator neptes, quàm filias, quia per neptes magis conſeruatur memoria parentelæ.Alex.conſi.53.numer.21. in 4.uolu. & ſuam anteponere ſobolem.Alex.conſi.7. num.9. in 6.uol.

Titulus quando præſumatur ex ſcientia,& patientia.uide omnino Alex.in conſi.113. numero 8.in 4.uolum.

Tituli allegati præſumptio inducitur nedum contra ſoluẽtem longo tempore,ſed etiam contra longo tempore patiẽtem. Alex.in conſi.69.numero 5.in 5.uolum.

Teſtes præſumuntur in dubio cõcordes,& eodem facto deponere,licet unus non det alium ꝑ conteſte.Alex.conſi.156.num. 13.in 5.uol.

Teſtator non pręſumitur ſe correxiſſe.Bal. conſilio 253.in 2. uolum.

Teſtes uiles, & humiles perſonæ qui cum parte locuti ſunt,præſumuntur ſubornati. Bal.conſilio 281.nu.7.in 2.

Teſtium dicta non ſunt ſupplenda,quo ad efficaciam ſupplendæ probationis, licet aliquando ſuppleantur, quo ad ſupplẽdam præſumptionem criminis falſitatis.c.cum tu.de teſtibus,ut no.Inno.c.cum cauſam de reuer.Bal.conſi.314. nume. 3.in 2.uolu.

Teſtes, quando ſunt iurati præſumuntur uerum dicere,quia in teſte iurato ſemper præſumitur ueritas, ſicut in inſtrumentis.Bal.conſi.328.in 2. uolum. ubi etiam teſtium medicorũ dicto credi.probat. & ibi alia no.digna.

Tamen habet præſumptionem, quia in dubio præſumitur, ꝙ ualeat teſtamentum,ut no.

de

de iur.& fac.igno.l. poſt diuiſionem.Bal.conſi.334. num.3. in 2.uol.

Teſtamentum quis ſcire, & codicillos præſumitur, & quomodo.Bal.conſi.462.in 2.

Tortura prius requirit præſumptiones, uel indicia certa, & probabilia,& uerisimilia.l. milites.C. de quæſtio.Bal. conſil. 471.nu.1.in 2.

Titulus,aſſerendo ex iuſto, & legitimo titulo & cauſa, ex quo de alio titulo non apparet,uidetur præſumi ex titulo præcedenti.ſ.ex titulo pro hærede.Bal.conſi. 18.num.1.in 3.

Talis,& quòd publicè habeatur, pro tali,eſt probandum, quia non præſumitur,quũ ſit quoddam facti per naturam ſic ſe habens. Bal.conſi.128. numero 2.in 3.

Teſtamenti ſcientia nõ pręſumitur,niſi probetur.Bal.conſilio 411.nu.3.in 3.

Teſtes pręſumuntur ueri, & idonei, ex quo ſunt per iudicẽ acceptati.Bald.conſi.146.numero 3.in 4.

Teſtis de auditu facit præſumptionem,& ei ſtatur donec cõtrarium probetur, & iſta præſumptio coadiuuatur aliis pręſumptionibus.Bal. conſil.219. nu.3.in 4.

Talis quis eſſe præſumitur,qualẽ eum demonſtrat habitus.ca. ſi iudex.§.idem,de ſentẽtia ex communica. in 6. fuſius Iodocus in enchiridio parium, uel ſimiliũ in uer.talis eſſe ex opinione.

Teſtari quilibet poſſe præſumitur, & contrarium dicens debet probare.Syluanus in conſ. 3 .nu.6 in 1.uol.

Teſtes ſingulares licet non plene probent, præſumptionem tamen faciunt, quæ iuncta cũ aliis plenam probationem facit inter conſi. Syluani conſil. 57.nu.34.fallit,quando deponunt ſe non interfuiſſe contractui,uel numerationi, uel ſtipulationi contractus, & accuſatur notarius de falſo. Bald. conſi.37.in 1.uol.

Teſtis,quando præſumatur ſubornatus, & poſsit dictum ſuũ corrigere uide Syluanum in conſilio 87. in 2. per totum,& quando præſumatur obliuio in teſte,uel recordatio.

Talis quis eſſe præſumitur,qualẽ demonſtrant uerba,factaque. Placa Epitom. delictorum, c 6.nu.2.

Teſtes corrumpens alterius partis pręſumitur iniquã fouere cauſam. Tancredus de ordine titulo de probationibus,lib.1. pag.160.

Teſtis deponens in iudicio non præſumitur iuratus. Felyn. in reperto.

Teſtis pręſumitur conſideratè teſtimonium ferre. Menochius

de arbitrio iudicis, caſu.308. nume.3.

Teſtes ſcienter, uel ignorãter fal ſum dixiſſe teſtimonium, quan do præſumantur. Menochius de arb.iudi.caſu 308.

Tenor inſtrumenti dicitur id, q̃ ex inſtrumento præſumitur. Calc.in conſi.18.nu.23.

Titulum allegatum habere præſumitur, qui poſſedit longo tẽ pore ſciente ueteri domino. Bal.conſi.37.nu.3 in j.uolu.

Teſtis præſumitur dixiſſe falſum in ſecunda teſtificatione. Bal. in conſi.101.numero 6.in 1.uo lumi.

Teſtatus nemo in dubio deceſsiſ ſe præſumitur.Bal. conſi.210. in primo.

Teſtimonium teſtis præſumitur uerum, niſi falſum probetur, quia præſumitur per dicto teſtium.Bal.conſi.270. nu.6.& 7. in 1 uol.

Teſtis de auditu an faciat p̃ſumptionem ponit Benintendius deciſ.Bono.67.numero 8.uide omnino.

Teſtator in dubio præſumitur uoluiſſe illud, quod uerbis expreſsit. Pariſius conſi.89.num. 34.in 2.uol.

Teſtator pręſumitur minus uoluiſſe grauare hęredem, quàm poſſet. Pariſius conſil. 13.nume.7.in 3.

Teſtis in uno falſus pręſumitur in cæteris quoque falſus.Pari. conſi.13.nu.9.in 3.

Teſtator non pręſumitur uoluiſſe priuare agnatos, & bona ſua aplicari extraneis. Pariſi. fuſius conſi.20. nu.21.& ſeq.in 3.uolum.

Teſtator omittens quid in teſtamento pręſumitur noluiſſe.l.j. §.ſinautem ad deficiẽtis.C. de cad.tol.ca.inter incorporalia. de transl. prelato.c. ad audien tiam, de decimis.Pariſ.conſilio 53.nu.6.in 3 uol.

Temporis longinquitas,& patiẽ tia poſsidẽdi fideicommiſſum inducit, quòd omnia pręſumũ tur ſolenniter acta.l. filius.C. de peti.hęre. Pariſius plenè in conſi.53.nu.111.in 3.uol.

Teſtator pręſumitur ſe uelle red dere conformem diſpoſitioni iuris.Pariſ.conſil.67.nu.130 in 3.uol & conſi 74.nume.79. eo. uolum.

Titulus pręſumitur ex pręſtatione,& ſolutione facta ex cauſa emphyteuticaria, uel liuellaria,& inducitur efficax probatio & obligatio, ut decætero, & in futurum, taliter ſoluens poſſit preciſè cogi ad ſoluendum, licèt ille, cui eſt ſolutum aliter non doceat de contractu,& promiſsione.uide in materia plenè per Pariſium conſil.77.per totum.in 3.uolum.& ibi, quòd dominus directi dominii poteſt cogi ad conficiendum de hoc inſtrumentum uide

de

de quæſo.

Teſtis inimicus propter odiũ prę ſumitur mentiri, & falſum teſtificari. Pariſius conſ.2.nu.59. & ſeq.in 4.

Titulus & obligatio præſumitur per præſtationem diuturnam & longęuam, ut plenè Pariſ.in conſi.7.nu.1.& ſeq.in 4 uol.

Titulo inſtitutionis quis nõ præſumitur renunciaſſe, & ex prioritate tituli præſumitur ꝓ aliquo, etiam in poſſeſſorio iudicio. Bal.in l.1.C. de edicto diui Adria.tollendo.

Teſtes de auditu faciunt pręſumptionem, licèt plenè non probent. Pariſius in conſi.7.nu.21. in 4.uol.ſed poſt litem motam nullam faciunt pręſumptionẽ, licet ſecus ſit in antiquis. idẽ Pariſius conſi.53.num.11.in 4. uolumi.

Teſtes ſufficit, quòd præſumptiuè concludant, uide omnino. Pariſium in conſi.138. per totum in 4.uolu. & ibi nume.34. dicit, quòd quando cauſa eſt magna.

Teſtes uniuerſitatis non ſunt idonei teſtes, quia præſumitʳ magna affectio illorum de uniuerſitate, unde ſicut non ſunt idonei in cauſa criminali, ita & in cauſa magna, quæ criminali æquiparatur.

Teſtes in dubio præſumuntur cõteſtes. Cacheranus deciſione Pedemontana.99.nu.28.

Titulus licet ex præſcriptione tãti temporis &c. dicatur iuris, & de iure tamen contra talẽ præſumptionẽ admittitur ꝓbatio per confeſsionem partis.uide omnino Cacheranum deciſione Pedemontana.101. nu.33.& ſeq.

Teſtamenti ignorantia, uel ſcientia, quando præſumatur. Cacheranus deciſione Pedemontana.112.uide omnino.

Tempus in dubio preſumitur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis, ut no.Bart.in l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de uerb.obliga. Cacheranus deciſione Pedemontana.130.num.10.

Quæ præſumantur ex temporis curſu. Anto. Gabriel.in ſuo cõmunium concluſionum.ubi de præſump.agit, conclu.1.

Talis quiſq; præſumitur, qualis communiter reputatur.C. de ſeruis exportan.l.moueor, extra de prob.c.qui tuas.Bal.cõſil.283.num.1.in 5.uol.

Traditionis obligatio, & præſumitur durare obligatio tradẽdi, niſi probetur traditio.l.quinquaginta.ff.de proba. Bal.conſilio 32.in 2.uol.

Teſtator non præſumitur facere ſuam diſpoſitionem inanem. Alex.conſilio 171.num.1.in 5. uolum.

Tradita res præſumitur per retẽtionem uſusfructus. Alex.cõſi. 7.nu.2.in 6.uol.

Teſtator præſumitur, quòd noluerit ſeruare inęqualitatē inter fratres. Alex. in conſil. 158. nu. 15. in 6. uol.

Teſtator præſumitur magis diligere fauorē animæ ſuę quàm utilitatem. Alex. in conſil. 204. nu. 16. in 2. uol.

Teſtimonium de auditu facit p̄ſumptionem. Alexā. conſi. 236. num. 1. in 6. uol.

Teſtator iuris præſumptione magis diligit deſcendentes ſuos, quàm extraneos, & tranſuerſales. Alex. conſilio 17. nume. 2. in 6. uolu.

Teſtamenti cancellatio præſumitur facta cōſulto teſtatore. Alexan. in conſi. 104. numer. 6. in 7. uolum.

Teſtes in dubio præſumuntur cōteſtes. Ale. in conſi. 185. numero 2. in 7.

Teſtamentum præſumitur ualidum, & ſolenne, niſi contrariū reperiatur. Deci. conſilio 11. numero 8.

Teſtator quod non loquitur uelle non præſumitur. Dec. conſi. 514. nu. 1.

Teſtis non iuratus præſumptionē facit. Dec. in conſi. 559. numer. 8. Firma. in uer. teſtis, & iſta eſt communis opinio. ut dicit Decius conſi. 540. nu. 11. col. pen. c. nuper, & ibi gl. de teſtibus Gribaldus in ſuis communib. opinionibus, uer. præſumptio.

Teſtator non pręſumitur eligerę uiam, per quam uolūtas, & iudicium impugnetur. Soc. conſ. 9. nu. 8. in 1.

Teſtator in dubio non præſumitur incontinenti ſe correxiſſe Soc. conſi. 76 nu. 8. in 1. uolum. Gozadi. in conſi. 82. nu. 12.

Traditio præſumitur facta ex p̄cedenti cauſa debiti. Soc. conſil. 158. nu. 26. in 2.

Teſtator non præſumitur mutare teſtamentum propter offenſam, uel indignationem, & ,p̄pter uerba altercatoria, quæ ſoli a ſunt euenire aliquando inter fratres. uide omnino Soci. conſi. 163. nu. 9. in 2. uol. ubi fuſius proſequitur.

Tranſactioni iuratę, an pręſumatur Papa velle pręiudicare. Socin. in conſili. 169. nu. 5. & nu. 10. in 2.

Titulus non præſumitur in clerico ex longa poſſeſsione beneficii, ſi de uitioſo ingreſſu conſtat. Soc. in conſilio 270. numero 2. in 2.

Teſtator non præſumitur uelle diſponere inter filios, ita q; diſpoſitio dicatur continere repugnantiam, iniquitatem, & abſurditatem. Soc. in conſi. 2[illegible] nu. 14. in 2.

Teſtator nō debet pręſumi aliud voluiſſe, quàm uerbis expreſſerit. Soc. conſi. 4. nu. 8. in 4.

Titulus pręſumitur inſtitutionis ex ueriſimili mēte teſtatoris. Corneus in conſi. 35. in 2. litera P.

Tra-

Traditio præſumitur facta, ſi uenditor paſſus eſt emptorē poſsidere. Corneus in conſi. 230. litera B, in 2.

Tutor præſumitur eſſe in dolo, ſi adminiſtrat non confecto inuentario. Corn. in conſi. 175. litera B, in 3. uol.

Teſtator præſumitur uoluiſſe id, quod uериſimiliter interrogatus de eo diſpoſuiſſet. Iaſ. conſil. 4. nu. 1. in 1.

Teſtator in dubio cenſetur ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione legis, uel ſtatuti. Iaſ. conſil. 84. nu. 1. in 1. Gozadinus in conſi. 79 nu. 8.

Teſtator præſumitur legare ſolũ ius, quod habet in re, licet finiturum morte, non autem præſumitur grauaſſe hæredem de redimendo, aut de præſtando æſtimationem. Iaſ. in conſ. 109. per totum in 4. uol.

Teſtis præſumptus inimicus, & etiã qui eſt ſuſpectus de odio repellitur a teſtimonio. Iaſ. in conſi. 167. nu. 8. in 4. uol.

Teſtamentum præſumitur ſemp ualidum, niſi contrarium probetur. Calca. conſiliu 92. numero 7.

Teſtis unus facit præſumptionē, & facit onus probandi trãſferri a duerſarium. Gozadi. in conſi. 75. nu. 19.

Teſtator ſemper in dubio cenſetur grauare primò loco inſtitutos. Gozadi. in conſilio 104. numero 13.

Teſtium depoſitio per conſanguineos accuſati impedita remouet præſumptionem contra accuſatum. Cur. ſen. conſi. 41. num. 2.

Teſtator pręſumitur ſcire iura, & in teſtando illa ſeruare uelle. Cur. ſen. in conſi. 44. nu. 28.

Teſtatoris uoluntas præſumpta an ſit ſufficiens ad excluſionē filiarum in ſubſtitutionib. fideicõmiſſariis. Cur. ſen. in conſil. 51. nu. 6.

Teſtator quē admodum aliquos dilexit inſtituendo, ita etiam præſumitur prædilexiſſe ſubſtituendo. Cur. iun. in conſi. 161. nume. 7.

Teſtator non præſumitur per ſecundum teſtamentum mutaſſe uoluntatem, ubi illius ſecũdi uerba teſtamẽti poſſunt primæ diſpoſitioni aliqualiter cõuenire. Cur. iun. conſi. 163. nume. 14. in 2.

Titulus antiquior durare præſumitur, niſi extinctus probetur. Anch. conſi. 297. num. 4. & titulus poſterior uitioſus pręſumitur, ubi potior in iure & prior in tempore reperitur, ibid. numero 5.

Teſtes adhibiti in teſtamento nõ præſumuntur in dubio rogati Rui. conſi. 1. num. 4. in 2. niſi in teſtamento dicatur præſentibus teſtibus &c. Ruin. conſi. 9. num. 2. in 3. & teſtes non præſu-

ſumuntur fuiſſe pręſentes ad totum teſtamentum, qui dicũt plus & minus, ibid. nu. 7.

Teſtamentum inter liberos ſolenniter factum habens iuris pręſumptione clauſulam derogatoriam ad ſequentia nõ tollitur per ſubſequens inter liberos, etiam adiecta clauſula, nõ obſtante alio teſtamento. Rui. in conſi. 8 nu. 3.

Teſtator in dubio potius præſumitur uoluiſſe proximiores admitti eo ordine quo fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato. Ruin. in conſi. 191. nume. 10. in 2. uol.

Teſtator præſumitur uelle ſe cõformare cum diſpoſitione iuris communis. Ruin. in conſili. 133. nu. 6. in 3.

Titulus non præſumitur ex ſola patientia. Ruin. conſi. 162. nume. 16. in 3.

Teſtator in dubio non præſumitur elegiſſe uiã, qua impugnentur eius iudicia. Rui. conſ. 171. num. 3. in 3.

Titulus ex tanto tempore cuius initii memoria non ſit præſumitur, etiam ſi non allegetur, & probatur etiã ſi de magno præiudicio tractetur. Rui. cõnſil. 118. nu. 8. in 4.

Temporis uicinitas pręſumptionem inducit. Pariſius conſ. 33. num. 43. in 1.

Teſtamentorum pluralitas non præſumitur. Pariſius conſi. 33. nume. 41. in 1.

Teſtator ex cauſa pſumitur non mutaſſe uoluntatem, quã mutare poterat. Pariſius in conſi. 61. numero 43. in 2. uolu.

Teſtatoris uoluntas, quandoque præſumitur amplior, quàm dictet ipſa ſcriptura, & illa attẽdi debet. Pariſius conſ. 7. num. 42. in 3. uol.

Talis quis eſſe præſumitur, qualis naturaliter eſſe debet. Ant. Gomes. in ſuo de delictis, tomo 3. cap. 1. numero 72. ad fin. fol. 339.

Teſtator pręſumendus eſt, ut minus uoluerit grauare hæredẽ. Pariſius in conſi. 13. nume. 7. in 3. parte.

Teſtari in ſcripti præſumitur qs dum uoluit ſecretam eſſe ſuã uolũtatem, & à nullo ſciri, ſeu cognoſci, & ſi uolunt teſtamentũ eſſe ſigillo munitum, & ſubſcriptum. Pariſius conſi. 19. numero 1. & 2. in 3. uol.

Teſtatorem non eſt pręſumendum uoluiſſe priuare agnatos & eius bona applicari extraneis. Pariſius conſ. 20. num. 25. in 3. & familia pręſumitur magis dilecta à teſtatore, quàm alii extrane, ibi. nu. 25. tamen contrarium incontinenti probari poteſt per oſtenſionẽ teſtamenti. Soc. iunior in conſil. 67. num. 15. in 1. uol.

Teſtator pſumitur regulaſſe ſuã uoluntatem ſecundum iura. Soc.

Soc.iunior in conſi.75. nu.5.in 1.uolum.

Teſtatorem lex pręſumit uoluiſſe hæredem duplici prçſtatione grauare ad legati inualiditatem euitandam. Soc.iunior in conſ.94.nu.43.in 1.uol.

Teſtator pręſumitur, quòd uoluerit ſe conformare cum ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fęminæ excludantur. Soc.iun.in conſ.167.numero 23.& nu.70. in 2.uolum.

Teſtis præſumitur inimicus, quando non coactè deponit. Marſi. in conſ.18.nu.33. ſponte autem uenire ad deponendum pręſumitur, quando contrariũ non probatur, ibid.nume.30.& teſtis uerus, uel pręſumptus inimicus non probat. Marſil.conſil.20.num.16.tamen præſumitur inimicus, qui non citatus deponit contra aliquem. Marſil.conſ.28.nu.12.& inimicitia pręſumpta idem operatur, quo uera quo ad teſtimoniũ. Marſil.conſi 39.nu.23.

Teſtis non idoneus efficitur idoneus, ſi habet præſumptionẽ pro ſe. Marſil.ſing.451.

Teſtis dictum pręſumitur uerum ſicut inſtrumentum. Crauett. in conſi. 31.nu.3.in 1.uol.

Teſtis ſingularitas ſuppletur ex aliis præſumptionibus. Crauetta conſilio 36.nume.6.in j. uolumi.

Torqueri quis poteſt ex pręſumptionibus. Crauetta conſi.36. nume.17.in 1.uol.

Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum præſumptam uoluntatem alicuius. Crauet. conſi.73.nu.33.

Teſtes non præſumuntur rogati, niſi probetur, conſ.59.diuerſorum per Zilettũ, tom.2. crimi.

Teſtator pręſumitur conſentire rupturæ teſtamenti, & ſic uelle inteſtatus decedere, quoties hęres deceſsit uiuo teſtatore, & potuit mutare teſtamẽtum, & non mutauit.l. ſi mater filiis.C. de inoffic.teſtamento. Socinus iunior in conſil. 153. nu.7.in 2.uol.& Pariſius conſ. 60.nu. 13.in 2.uol.

Terminus ad deliberatè reſpondendum de facto proprio non debet dari, cum præſumatur ſcire. Firma.uer. terminus ad reſpon.poſitionibus, uer.5.

Territorium pręſumitur eſſe illius, qui prior illud occupauit Firm.iſto uer.

Teſtamentum in ſcriptis præſumitur eſſe apud hæredem, non autem pręſumitur eſſe apud legatarium, niſi tempore li.conteſt.fuerit apud ipſum, & niſi habuerit ab hærede. Firman. uer.iſto.

Teſtamentum præſumitur uerũ, etiam pendẽte quæſtione falſi mota contra ipſum. Firman. ibid.

Teſtamentum præſumitur ſolenne

lenne,& ualidum, niſi contrarium appareat.Firm.ibid.

Teſtamento præſumitur perfectum,Firm.ibid.

Teſtabilis quilibet præſumitur. Firm.ibid.

Teſtamentum præſumitur uerũ, & ſolenne, niſi contrariũ probetur, probatur autem contrarium, quando ex facie ipſius conſtat defectus, ut quia habeat numerum teſtium defectiuum, uel non rogatorũ, uel ſimul.item ſi nõ conſtat, ſic debet aliter probari defectus latens, ut quòd teſtis, vel notarius erat infamis, uel aliter. Bal.C. de iuris & fac.igno.l.ſi poſt diuiſionem. ubi docto.& iſto uer.

Teſtator præſumitur non reliquiſſe ei, cui reliquit ut filio, ſi ſciuiſſet non eſſe filium. Bal. in l. ſi pater.C.de hær.inſt. Firman. uer.teſtator quilibet affectat.

Teſtator præſumitur uelle grauare hæredem quantominus poteſt,l.unum.§.ſi rem.ff. de leg. 1.l.apud Iulianum.§.ſcio ex facto eo.ti.Firma.ibid.

Teſtator non præſumitur uoluiſſe grauare hæredem duplici præſtatione.Firma ibid.

Teſtator præſumitur plus dilexiſſe inſtitutum, quàm ſubſtitutum.l.Publius.§. Titia, & ibi Bar.de cond.& dem.

Teſtator prçſumitur habuiſſe maiorem affectionem ad natos, quàm ad naſcituros item ad illum cui plus reliquit, quàm ad illum, cui minus.Firm.ibid.

Tractatus de alienatione rei eccleſiaſticæ nõ præſumitur, niſi probetur.Bertach. conſ.tract.

Teſtatoris uoluntas qualis præſumatur.Firma.uer.iſto,& uerſi. uoluntas.

Teſtator præſumitur ſuam diſpoſitionem uelle intelligere, & modificare ſecũdum iuris municipalis diſpoſitionem.Firm. uer. iſto.limita ut per Crauetta in conſilio 250.in 2.nu.2.

Teſtator an præſumatur ſcire uires patrimonii ſui.dic ꝙ non, ſi forma ſtatuti ſit, ꝙ ſint accataſtanda.Firm.

Teſtator non præſumitur legare rem hæredis, ſed ſuam.Bal. in l.in teſtamento, niſi cõſtet de contraria uoluntate. Firman. iſto uer.num.60.& ibi.

Teſtator præſumitur ſanæ mentis, licet corpore ſit eger, niſi contrarium conſtet ex uerbis uel actibus, & in dubio debet ſtari iudicio medicorum. Firma.uer.iſto.

Teſtator prçſumitur uſus uerbo, quod ſecundum conſuetudinẽ patriæ aliquid importat, aliàs non eſt ius in uerbis eius. Firmanus.

Teſtator præſumitur ignorare rem eſſe obligatam, quando procurator habens generale mandatum, uel prçceſſor ſuus

eam

eam allegauit.

Teſtes quando producuntur, qui inuiti deponere non tenentur cautela eſt, ut producẽs faciat ſcribi in actis, quòd uolentes teſtificãtur, & deponunt, aliàs præſumerentur deponere inuiti. Firma. uer. teſtiũ coactio, nu. 25. uide omnino.

Teſtis non præſumitur iuratus ex uerbis notarii talis iuratus, niſi conſtet ea die potuiſſe iurare. Firma.

Teſtis prẽſumitur iuratus ea die, qua depoſuit, niſi fuerit feriata. Bal. in l. fi. ult. col. uer. quẽro cauetur. C. de re iudica.

Teſtis præſumitur depoſuiſſe die iuramenti, ſi iurauit intra terminum probatorium. Firm.

Teſtis præſumptiuè probat coitũ carnalem, ut quia uidit ſolum cum ſola nudos in ſecreto. c. præterea de teſtibus. Firmanus.

Teſtis an prẽſumatur uſus uocabulo iuris, & qualiter eius dictũ debet ſcribi per notariũ. Firma. uerſi. iſto. & uer. notarii officium uer 10.

Teſtes quorum unus deponit de ſenſu uiſus alter de auditu, nõ ſunt ſingulares, & probant ſuper actu perceptibili cum ſenſu auditus. item quorum unus deponit de uiſu, & duo de fama coadiuuãt ſe ĩuicẽ eſt ergo duplex ſingularitas, & faciũt præſumptionem, & alii ꝓbant alii nõ. Fir. fol. 142. col. 2. nu. 80.

Teſtes in dubio prẽſumuntur omni exceptione maiores. Gramati. conſilio 68. nume. 42. in ciuilibus.

Teſtis unicus facit præſumptionem. Crauetta conſ. 73. & 249. nu. 12. in 2.

Teſtis ſuper uiolenta præſumptione debet dicere, & ita credo. Io. And. in ca. inquiſitionib. de accuſa.

Teſtem reddere cauſam ueram, uel præſumptam ſufficit. Firmanus iſto uer.

Teſtis dicens ſcio, quia uicinus ſum, probat præſumptiuè. cum præſumatur ſcire de uicino, an ſit pauper, uel bonæ famæ, & regulariter omnia in genere, non in ſpecie actus, q̃ ſit notus uicinus. Firma plenè uer. iſto, & ibi alia dicit ut ait ꝙ ſi ſit clauſula præſentib. talib. teſtib. uicinis prẽſumptio eſt, ꝙ cognoſcant cõtrahẽtes.

Teſtes præſumuntur fuiſſe prẽſentes, quando de numero eorũ ſit mentio in inſtrumento. Ange. in auth. de tabellio. in prin.

Titulus in præſcriptione requiritur etiam, quãdo præſumptio eſt contra poſſidentẽ, uel præſcribentem. Firma. uer. titulus uer. 6.

Titulus præſumitur ex patientia & prẽſtatione diutina, ſed præſumitur in ſeruitutibus realibus, & perſonalibus, & titulus

præſumitur ex præſcriptione tanti temporis, quòd non ſit memoria in contrarium,& titulus conſti uti allegati præſumitur ex præſtatione per certos annos facta. Firmanus in ver.titulus pręſumitur.uer.16.

Titulus diuiſionis præſumitur ex patientia.l.pe.C.communi diui. Firmanus uer. titulus diuiſionis.

Titulus pręſumitur, licet nõ probetur,quãdo quis opponit pręſcriptionem,& probat curſum temporis, & allegat titulum. Firm.uer.iſto,ubi quando hoc procedat.

Tituli prioritas facit pſumptionem in poſſeſſorio.Bal.in l.j.in uerſi.& ſic not.C. de edic. diui Adria.tollendo.

Titulus an & quando præſumatur ex diuturnitate temporis. Firman.

Titulus a iure præſumptus ſufficit in ceſsione.Firma.ibid.

Titulus facit præſumi bonam fidem in poſſeſſore. Firmanus iſto uer.

Tortura allegata pſumitur, niſi contrarium probetur. unde ſi confeſſus crimen dicat ſe fuiſſe tortum, licet non probet, non poteſt condemnari, niſi Ratificauerit apud acta, cum in officialibus præſumitur illatio metus.uide omnino Firm. uer.tortura,nu.19.

Terrorem intuliſſe præſumitur officialis.Bertran.in conſi.77. nu.9 in j.uol.in antiquis.

Traditio an præſumatur, uel ſit probanda per pręſcribentem. Firma.

Traditio an præſumatur, ſi uxor mortuo marito habitat in domo ſibi donata per uirum, in qua cum uiro uiuo habitabat. Caſt.conſi.inc.dicta donatio. ubi quòd non.

Traditio pręſumitur ex cauſa depoſiti.Firm.iſto uer.

Traditio ſine cauſa præſumitur donatio.Firm.ibi.

Traditio præſumitur facta poſſeſſori titulum habenti. Firman. ibid.

Tranſactio non præſumitur, niſi probetur.Bal. in l.fi.in fi.C. de cond.inde.

Tranſactio in dubio non præſumitur facta ſuper toto,niſi cõprehendat etiam pęnam. Firma.uer.iſto.

Tranſigens præſumitur in bona fide ſecundum ſtatum cauſæ. Bal.in c.1.in fi.de contro.inter uaſallum,& alium. Firmanus ibid.

Tutor non præſumitur ditatus de bonis adminiſtratis,ſed ex propria induſtria. Firmanus uer.iſto.

Venditio ſimulata non præſumitur,licet præceſſerit tractatus de pignore, ſed potius præſumitur erronea. Firma. uer.iſto uenditio ſimulata.

Ven-

Venditor non præſumitur dominus, niſi probetur, & debet probare rem eſſe ſuam. Firman. uer. iſto.

Titulum non facit præſumere tẽporis curſus. Pariſ. conſi. 26. nume. 21. in 1.

Titulus præſumitur ex longisſimo tempore cum diuturna pſtatione allegatus, ut ipſius uirtute poſsit quis aſtringi in futurum præſtare, quod iam præſtitit tempore longiſsimo. Pariſius conſi. 35. numer. 28. in 1. uolum.

Tutores & curatores præſumuntur ſagaces, & prudentes. Pariſius conſilio 98. num. 27. in 1. uolum.

Titulus & bona fides pręſumitur in præſcriptione tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria. Pariſius conſilio 111. nu. 59. in 1. uol.

Teſtator ſemper pręſumitur uelle præferre lineam ſuam deſcendentem, & fœminam aliis tranſuerſalibus, & extraneis. Pariſius conſilio 51. nume. 2. in 2. in dubio. n. teſtator uidetur uelle, quòd ius legitimarũ hæreditatum ſit ſaluum in ſua poſteritate ex pręſumpta eius uoluntate. Bal. in l. in teſtamento, nu. 9. C. de teſta. militis fallit in philoſophaſtro D. Iaco. de Bonacoſsis patruo meo.

Teſtamenti ſcientiam, quando quis præſumatur habere, uel non habere, uide omnino per Pariſ. conſi. 72. in 2. per totũ.

Teſtator præſumitur, quod uelle, ſi fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet. Bald. conſilio 221. in 4.

Teſtator non præſumitur uoluiſſe hæredem grauare pluribus præſtationibus. Bal. conſ. 140. nu. 1. in 5. uol.

Talis præſumitur ſubſtantia, qualis eſt qualitas, & ſuperficies, & tale præſumitur inuiſibile eſſe, quale per uiſibile figuratur ineſſe. Bal. conſil. 471. nu. 4. in 5. uol.

Temporis longeui pręſtatio loco cauſę ſufficit, nam pręſumitur quòd abſq; cauſa iuſta hoc factum non ſit, licet de ea ſpecificè non appareat. Bald. in l. ſi ſolent, in fi. ff. de officio procõſu. in 1 lec.

Teſtis ſi in eius dicto ĩcludit ſenſum corporis præſump tiuè pſumptionis iuris, ut ſi dicat talem eſſe bonæ famæ & uitę interrogatus, quomodo ſcit, reſpon. quia ſum uicinus. nã præſumitur ſcire. Bald. in l. 1. ff. ſi cer. pet. fol. 4. col. 1. ad fi.

Teſtamenti uerba non præiudicant ueritati, præſertim in dãnum tertii, nec etiam præſumuntur uera. Bal. in l. Seia mãcipia, in lectura antiqua. ff. ad Velleia.

Titulus præſumitur contra ſoluẽtem, & quo pacto, uide Bal in l.

eum de ui. col. 1. ff. de vſufruc.

Taciturnitas ex ceſſatione longi temporis, & computatione rationum ſępius facta, & ex taciturnitate præſumitur fideicõmiſſum tacitè remiſſum, & ſi aliquod iſtorum deficeret, nõ præſumeretur remiſsio. Bald. in l. Procula. ff. de probatio. & maior præſumptio eſt in ſoluẽte quàm in tacente. Bal. ibi.

Teſtamentum præſumitur ſolenne. Bal. in l. ad fidem. ff. de teſtibus, & in l. ſi poſt diuiſionem. numer. 1. C. de iuris, & fac. ign. & idem in inſtrumento.

Teſtis unus facit præſumptionẽ. Bal. in l. in bonæ fidei, col. 2. nume. 1. C. de reb. cred.

Tenor inſtrumenti dicitur præſumptio, quia p̃ſumptio ſumpta ex inſtrumento reputatur eius tenor. Bal. in l. ad probationem. C. de prob. nu. 1.

Teſtis præſumitur rogatus ſcriptus in inſtrumento, quia patiendo ſe deſcribi conſenſiſſe uidetur uide tamen Bal. in auth. rogati C. de teſtib.

Teſtis qui dicit, ſcio, quia ſum uicinus, probat p̃ſumptiuè ſcientiam ueritatis. Bal. in l. 1. num. 16. C. de ſeruis fugiti.

Tenens præſumitur poſsidere. Bal. in l. 1. num. 23. C. de ſeruis fugiti.

Teſtator in dubio præſumitur uoluiſſe diſpoſitionem ſuam adaptare, ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Cur. iun. conſi. 57. nu. 5. in 1. uolu. Dec. conſilio 217. colum. 2.

Teſtis debet in ratione concludere in neceſſariò, & p̃ſumptiuè Grammaticus conſi. ciuili. 30. nume. 4.

Terror ſemper præſumitur inferri ab officiale eius ſubdito. Grammaticus conſi. ciuili. 91. num. 7.

Tertius comparens in executione ſententię, quando pręſumatur calumniari. Grammati. cõſilio ciuili 92.

Teſtator ſecundum communem ſententiam ſemper præſumitur uelle minus grauare hæredem ſuum, quàm ſit poſsibile. Grammaticus conſi. ciuili 145. num. 18.

Titulum habens prior, præſumitur prior in poſſeſsione, & poſſeſsio ſequens præſumitur clãdeſtina. Io. de Amicis conſ. 25. num. 27.

Teſtes præſumuntur reſpondere ad interrogata. Ioã. de Amicis conſi. 145. nu. 8.

Teſtamẽtum præſumitur cancellatum à notario iuſſu teſtatoris, niſi ſit ad pias cauſas. Crauett. conſi. 228.

Teſtator præſumitur uelle onus eſſe apud eum, apud quem eſt commodum. l. quoties ad Trebellia. ff. Crauetta conſili. 245.

numero

numero 2.cir.fin.

Teſtator qui in extremis laborat, nec omnino uiuit, nec omnino eſt mortuus, ſed moritur, & mutus efficit, & totus eius languet intellectus, & lingua ingroſſatur, & articulatè loqui non poteſt, & omnis ſic laborans præſumitur animi conſilium non habere, quia penitus deficiente corpore deficit intellectus, nam intellectus ſine corpore, nihil agit dicit Ariſ. in 1. de anima, Bald. in l. cum non ſolum, nume.14.C.de bonis quæ lib.

Tale ſemper præſumitur tale, ſi ſit inuariabile, ſecus ſi ſit uariabile, uel de neceſsitate naturæ, ut ætas, uel de poſsibilitate contingenti, ut mors, & hoc in factis, ſed in iuribus præſumitur duratio, niſi ſuperueniat interitus, uel translatio. Bal.fuſius in l.ſi cum inter,co. 2.nu.9.C.quando prouoca.nõ eſt neceſſe.

Teſtatoris uoluntas ubi præſumitur fuiſſe talis, quòd ſi uelit plus legare, non autem exiguum ſe referre, tunc fit larga interpretatio, etiam in legato Deci. & Cagnol. in l. in teſtamentis. ff.de reg.iu. quod not. pro Reuerendo presbytero Ferrante Figuli filio, cui in teſtamento Reuerendiſsimi Epiſcopi Gillini Comaclenſis Epiſcopatus ſunt alimẽta relicta.

Teſtis de auditu facit præſumptionem, & probat cũ aliis adminiculis. Crauett.in conſilio 277.col.antepe.uerſi. quod autem iſte titulus.

Teſtes præſumuntur omni exceptione maiores. Moncada in additio. ad tracta. Croti, numero 394.

Terror ſemper præſumitur in officiali, & ab eo inferri, & ideo licet quis ſit relaxatus per curiam, tamen ſemper præſumitur metus inſtare, ne iterum compellatur, ita Brun.in ſuo reperto. in uer. debitor uerſi. 4 fol.78.

Tranſactio præſumitur facta cauſa uexationis redimendæ. Crauetta conſilio 276.num.3.in 2. uolum.

Teſtamenta duo confecta, nec ſcitur, quod prius, illa ad inuicẽ ſe confundunt, & ſunt nulla regulariter, ut no.gl. & Doc.in l. fi.§.non autem, ubi per Bar.ff. de bon. poſ. ſecundum tab. & gl.in c. duobus, de reſcrip.li.6. fallit ut per Guid.Pap.de præſump.nu.26.

Eo ipſo, quòd quis in iudicio, uel in aliquo actu, quem gerit ſe dicit tutorem, præſumi debet, quòd faciat actum tutorio nomine, licet ita nõ dicat, ſecundum Ang. de Are. in tracta.de malefi.in gl.nec non ad querelam, ibi tertio nõ admittitur.

Teſtator

Teſtator, an præſumatur ſcire rem legatam eſſe alienam. uide Bal. in l. cum alienā. cir. fin. C. de leg. & ibi Cy. & gl. in c. filius, extra de teſti.

Teſtatorem rem legatam uelle adimere præſumitur, eam aliēnādo l. rem legatam. ff. de adimen. leg.

Teſtamentum in dubio pręſumitur nuncupatiuum, quando teſtator deduxit eum in notitiā teſtium. l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen. l. hęredes palam. in prin. ff. de teſtament. ita dicit Sal. in l. errore. C. de teſtamen. & an pro teſtamento pręſumatur. uide Bald. in l. ſi poſt nu. 1. C. de iuris & fac. igno.

Teſtamenta plura non præſumūtur. l. locum. §. 1. ff. de tabu. exhi. & l. 1. §. ſi quis duo. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu.

Teſtator pręſumit̄ dominus eorum, quæ poſſidebat tempore mortis, & ideo legatarius non habet neceſſe probare rem legatam fuiſſe in dominio ipſius teſtatoris, ſed ſufficit probare, quòd teſtator tanquàm rē ſuam poſſidebat temporibus eius uitæ, & mortis. Guid. Pap. de præſump. nu. 97.

Teſtis excōmunicatus parte aduerſa non citata prodeſt ad pſumptionem. ſecundum Bart. in l. res hæreditarias. ff. de crimi. expila. hæred. Gui. Pap. q. 254. in fi.

Teſtes recepti inter certas perſonas faciūt præſumptionem inter cæteras perſonas, ſeu ſemiplenam probationem. l. admonendi ff. de iureiu. & l. ſi quis libertatem, eo. tit. per Bar.

Teſtis, qui uidit pecunias numerari, & non dicat, qua de cauſa pręſumitur, quod ex cauſa mutui. Barto. l. cum quid. ff. ſi cert. peta.

Teſtes de iure ciuili in cauſa appellationis poſſunt examinari ſuper eiſdem articulis, uel directò contrariis, quia ius ciuile præſumit, quòd ita teſtes non audent dicere falſitatem coram ſuperiore iudice, ſicut corā minori. Gui. Pap. q. 586. ideo in d. Curia domini conſueuerunt teſtes quandoq; repetere, aut de nouo examinare ſuper eiſdem articulis, quādo eis ęquum uidetur, etiam poſt publicationē teſtium, & didicita teſtificata. Gui. Pap. de præſump. numer. 119. quia ſecundum ipſam pręſumptio, quę habetur de ſubornatione teſtium poſt didicita teſtificata poteſt bene tolli ex qualitate perſonarum, ut dicit Io. in c. auditis. extra de in integ. reſ. ibi. nec obſtat, quòd oppoſitum eſt de ſubornatione, &c. uide Corſum in libro indagationum iuris. 2. cap. 6.

Ex tempore præterito infertur ad præſens, quia quod olim

fuit

fuit hodie præſumitur eſſe in eſſentia.C. de teſtibus.l.teſtiũ. in fi.& ff.de eden.l.ſi quis ex ar gentariis.§.fi. & qui priuationem allegare uolunt illã probare debent.Bal.in l.ea perſona.C.de prob.Firma, uide omnino.uer.præſumitur ex prçterito.ubi etiam dicit, quòd prçſumitur ex futuro in præteritum,quod probat.Bar.de prçſump. vide Milleum, fol. 135. nu.34.de præſump.

Præſumitur contra tutorem nõ conficientem librum rationũ, ſicut contra non conficientem inuentarium.Bal.& doc.in l.1. §.officio.ff.de tutelis, & ratio. diſt. ut teneatur ad intereſſe probandum iuramẽto, ut ibi.

Præſumitur tacitè agi inter partes,quod eſt ex natura contractus Bar.l. cum quid,in 3.not. ff.ſi cer.pet.

Præſumitur contra tacentem inquiſitum de pluribus criminibus,quia confiteri prçſumitur ſi reſpondendo tacet de aliq. bus.Bal.in l.ſiue,col.2.uer.deinde reſtat.C. de prob. per canon ne,de prçſump.

Talis quis eſſe præſumitur qualem habitum portat.l.moueor & ibi Barto.C. ſi ſer. export. ueni.

Præſumptio pro teſte,elicitur ex bonis depoſitionibus,quod verum dixerit.Boerius conſi.40. num. 118.

Præſumitur pro teſtamento.Bal. l.2.in fi.C. de edic diui Adria. tol.per l.poſt diuiſionem.C.de iur.& fac.igno.& l.ſi ſcriptura, & ibi Bar.C.de proba.

Præſumitur qlibet eſſe talis, qualis eſt patria ſua.Boerius conſ. 10. nu.14.

Teſtator pſumit cogitare & uelle illud,quod ius diſponit,&.p conſequens præſumitur cogitare,& uelle, quod ſtatutũ ſui municipii diſponit.l. ſi duo.ff. de acq.hær.Boerius d.conſilio 10.num.15.

Tradita res primo præſumit habenti priorem titulum. plenè Alex.conſi.81.in 7.uol.in cauſa & lite uertente inter Gaſparem,in ult.col.

Teſtator præſumitur plus uoluiſſe dicere, quamuis minus ſit ſuadente æquitate.Alc.regu.j. præſump.9.

Teſtis, qui poſtquàm teſtimoniũ perhibuit,mutat ſeu corrigit dictum ſuum,præſumitur contra teſtem.Alcia.regul.2.præſump.19.de præſumptio.

Teſtatorem præſumitur legata ab inſtituto ſoluiſſe repetere à ſubſtitutio.Alci. de præſump. regu 2 prçſump.35.

Tutor præſumitur ſcire çtatẽ pupilli maxime ſi eſt ei coniunctus.C.de reſti.in inte.l.de tutela.

Teſtis prçſumitur ſe gratia,odio, uel timore ſubtrahere,qui recuſat

cuſat teſtificari.no. Gui.in Specul.de teſte.§.qualiter uer.ſed quomodo probatur,quod dicit no. Inno.de teſti. cog.c.1.

Teſtes præſumuntur ſubornati, qui eundem præmeditatumq; ſermonem in cauſa deponunt l.2.§.ideoque.ff. de teſtibus, & no.Gui.in Spe.de teſte.§.j.uer. item quod idem dicunt.

Tubæ uouem præſumitur audire poſsint uniuerſi.19.diſt.ita dominus, & ideo portant præcones hodie, quorũ ſola uox paucis innoteſcit.§. omnem in auth.de litigio.

Titulus,ſeu obligatio præceſsiſſe præſumitur, ubi longo tempore præſtatio eſt præhabita. ff.de uſur.l.cum de in rẽ uerſo ubi plenè de hoc.

Præſumptiu è ex actis poſſeſsionis non ſufficit probare titulũ. Pet.Rebuf.in prac.ti.de reſcriptis ad beneficia uac.nu.97.ui de omnino.

Præſumitur ex tẽpore,iudicet aliquando ex præſenti aliquãdo ex prẹterito uide Benedi.in reperto.Fely.litera prẹſumptio.

De tempore ad tempus prẹſumptiones trahuntur, ut puta ex bonis actibus præcedentibus præſumitur de uita futura,de quo Fel.in c.mandata,de præſumptio.nu.1.& ibi Abb. in 1. colum.uer.no. quòd ex bonis actibus.

Termini finales præſumuntur ibi ſtare, vbi aliàs ſunt.ff.fi. reg.l.ĩ finalibus.

Teſtator non præſumitur, nec ui detur id repetere, quod facit legatum relictum per eum inutile.l.ſeruo alieno.§ ſi ab impubere.ff. de leg.1.ff. de fideicommiſſa.lib.l fi.in fi.

Præſumitur contra teſtem, qui pecuniam recepit,vt falſum teſtimonium diceret, licet non probetur eum falſum dixiſſe. arg.eius,quod no.ff. de fal.l.1. in gl.accepit quis,& in gl.officialis,& in glo.C.de arbi.auth. decernimus,ſecus eſt poſt ſententiam latam,nam non ſufficit probare teſtem corruptũ, niſi probetur eum falſum dixiſſe,ut no.Inno.de prob. licet & Gui. in Spec.de ſententia.§. quoniam uer.item pone.

